

1668.

1. Beckmann, Joh. Volk : De iure braccandi.
2. Beckmann, Joh. Volk : De appellationibus.
3. Beckmann, Joh. Volk : De prim'legis pauperum.
4. Beckmann, Joh. Volk : De iure ludendi.
5. Beckmann, Joh. Volk : ~~Tra~~ fructuum
- 6st Beckmann, Joh. Volk : De pauperia.
7. Beckmann, Joh. Volk : De agricultura opusculi
junctus ac prim'legio. 2 Scrupl.
- 8th Beckmann, Joh. Volk : De oratione et yogo two
et gyhatav. 2 Scrupl.
9. Beckmann, Joh. Volk : De donationibus
10. Beierus, Arrianus : De manibus.
11. Beierus, Arrianus : De muthis.
12. Falchner, Joh. Christophorus : De iure jure.
13. Falchner, Joh. Christophorus : De carcerebus.

1668

14. Falckner, Ioh. Christophorus : In Octo Preligionis
methodicus ac integer in hodiernas foeminarum
intercessio status.

15. Falckner, Ioh. Christophorus : Njire retractus
legitimus.

16. Falckner, Iohannes Christophorus : Njire sacra.

17. Falckner, Iohannes Christophorus : De beneficio
comprobantia.

18. Falckner, Iohannes Christophorus : De foeneratorum
pro Ichni Macr. curatione

19. Falckner, Iohannes Christophorus : De sponsalibus.

20. Falckner, Iohannes Christophorus : De impensis

387

EXERCITIUM ACADEMICUM
De
BENEFICIO
COMPETENTIÆ, *1668, 17*

Quod
JEHOVA ADSISTENTE,

Consensu & Authoritate
Magnifici JCtorum Ordinis in Illustri ad Sa-
lam Academia,

SUB PRÆSIDIO
VIRI

Nobilissimi, Amplissimi, Consultissimi atq. Excellentissimi,
DN. JOHANNIS CHRISTO-
PHORI Falcfners/ Jcti & Antecessoris

famigeratissimi, Consiliarii Saxonici Gravissimi, Curiæ
Provincialis, Scabinatus & Facultatis Juridicæ Asses.

foris meritissimi,
Domini Patroni ac Praeceptoris sui omni ob-
servantiâ prosequendi,


In Auditorio JCtorum

ad diem Junii horu consuetis
Eruditorum Censuræ publicæ subjicit

JOHANNES von Santen/
Clivo - Velaliensis,

AUTOR.

JENÆ, Literis WERTHERIANIS, ANNO CIIC LXVIII.





PROLOGUS.

Uanquam publicæ judiciorum auctoratis, itemque litigantium causa res judicata pro veritate habeatur, ita ut nullo remedio appellationis & supplicacionis attentari l. 25. §. 1. ff. de condit. Indebit. nec sententiâ latâ l. i. C. quand provoc. non est nec. vel rescripto Principis retractari possit. l. fin. C. sentent. rescind. non posse. l. 16. C. de transact. quippe partes litigantes Judicis decisionem causam committentes id, quod Judex sententiâ decreverit, adimplere sibi invicem tacite promisisse, sicutque quasi contraxisse censetur. l. 3. §. 11. de pecul. l. 29. de novat. Magn. Dn. Struv. Synt. J. C. Ex. 44. §. 14. ita ut non amplius causæ controversæ justitia attendatur, sed solum id, quod ita sit judicatum. l. 56. de re jud. l. 5. §. 2. de jurejur. l. 207. de R. J. Nihilominus tamen quid humanitati atque charitati convenit subinde in executione rei judicata amplectendum est, siquidem cognationem quandam natura inter homines constituit l. 3. ff. de lust. & jur. ita ut alter alterius auxilio egeat, test. Senec. l. i. de im cap. 7. Homo enim in adjutorium mutuum est generatus. Et beneficio offici hominem hominis interest. Matth. 5. v. 44. l. 7. ff. de serv. export. Imò omnibus hominibus insita obligatio dicitur, ut inopî proximo in egestate succurramus, eique beneficium non denegemus. Hinc quamvis alias regulariter Executio in bona debitorum, fiat in solidum, ita ut ad ultimum quadrantem, & usque ad peram & saccum, ut Dd. loquuntur, excutiantur, nec quicquam retineant, unde se sustentare possint. l. i. C. qui bon. ed. poss. Nihilominus pietatis ratio suadet, ut ipsis uestes atque indusum, quo se tegant relinquantur, quin etiam ex singulari æquitate jura beneficii

neficio competentia bearunt certas personas; quibus vel ob sanguinis vinculum & reverentiam, vel etiam alias ob commiserationem hoc debetur, ne planè denudentur, iisque alimenta necessaria auferantur. l. 16. l. 17. l. 21. ff. de re judic. l. 6 ff. de injus. voc. Schneidevv. ad S. sed & se quis 38. Inst. de ad. Anton. Herring. de fidejussor p. 4. c. 27. n. 80. Ne enim Creditores nimis rigidi sint in exigendis debitis, cum se moderatos, benignos & humanos, non verò acerbos exactiores præbere debeant l. 33. pr. ff. de usur. sicutque providendum sit creditoribus, ut ne debitores nimium graventur Nov. 4. c. 3. prin. in fin. Ideo Leges Civiles ejusmodi beneficia & præsidia introduxerunt, quibus subvenire damnum passis, nec afflictis addere afflictionem arg. l. 6. ff. de jur. dot. c. ex parte 5. X. de Cleric. agrot. sed pressos sublevare, & amoliri ea, quibus durius torquerentur, voluerunt. Inter quæ hoc beneficium competentia maximè eminere videtur, ita ut omnium præsidiorum præstantissimum dicatur à B. Dn. Carpzov. in asyl. Debit. c. 4. post. 75. n. 310. Quod & usus modernus aperte comprobat. Quapropter præsentí Disputatione illud propone, atque pro Exercitio Academico ad specimen qualium qualium meorum Profectuum edendum tractare volui. FAXIT Deus,
FELICITER!

CLASSIS I.

Quid sit Beneficium Competentiæ & quibus personis ob necessitudinem & coniunctio-
nem tribuatur, con-
tinet.

S. I.

A Ntequam ad Definitionem accedamus, prius evolvenda, erunt præliminaria quædam. Circa vocabulum enim beneficij præmonendum quod illud diversimodè sumatur, tum in
ju-

jure Civili, ubi denotat privilegium seu jus singulare, quod certe alicui personæ, vel propter ætatem vel propter sexum, vel propter aliam conditionem tributum est. Ut Beneficium restitutionis in integrum, quod minoribus 25. annis conceditur. l. 1.
pr. & §. 1. ff. de minor. 25. ann. Item Beneficium SCti Vellejani, quo mulieribus, quibus ex intercessione lis movetur, succurritur l. 1. pr. ff. ad SCtm. Vellejan. Beneficium Epistolæ D. Adriani, quod fidejussoribus datur. l. 26. & l. seq. ff. de fidejuss. Et beneficium nostrum competentiæ, ne quis ultra id, quod facere potest, conveniat. l. 16. & seq. ff. de re jud. tum quoquè in usibus Feudorum, ubi Fendum beneficium dicitur. 2.F. 23. plures hujus vocabuli significations Lexicographi exhibent, ad quos B. Lectorem remittimus.

§. 2.

Competere, à quo vocabulum competentiæ originem traxit, est verbum JCtis frequens & familiare, inde competere libertates dicuntur, quæ ex testamento aliave causa contingunt l. Papinianus 8. in fin. ff. de inoffic. tcf. Et competere, actio dicitur, quæ lege datur & alicui competit, sive ex jure in re, sive ex jure ad rem descendat. Sic competere certi conditionem dicimus. l. certi. conditio. 9. ff. si cert. potest. Inde quoquè dicitur competens Judge, cujus de re controversia Jurisdictio est, jurisve dicendi potestas. l. pen. ff. de jurisd. Eodem sensu dicitur etiam competens forum in Rubric. de foro competenti.

§. 3.

Hisce præcognitis pergitus ad definitionem. Est autem Beneficium competentiæ (vulgò privilegium deductionis, exigendi vietus & exceptio in quantum debitor facere potest dictum. Schneidew. ad §. 38. Inst. de act. Vinn. ad §. 37. Inst. eod. B. Dn. Carpzov. p. 1. C. 32. def. 17. n. 1.) nihil aliud quam jus personale, ob certas causas persona alicui competens, ne ultra id, quod facere potest, conveniatur. Zanger. tr. de Except. p. 2. C. 25. n. 7. Schnob. Disp. ad Pand. 21. §. 10. Jul. Pac. in Isag. ad ff. de except. n. 7. Nobilissimus Dn. Weierstras, Professor in Academia Duisburgensi ad Rbenum famigeratissimus, Preceptor quondam meus humillimè observantia prosequendus, in notis ad Inst. Tit. de ex-

cept. Ita ut condemnatus, licet plus debeat, possit retinere ea, quæ ipsi ad se se honestè exhibendum & egestatem evitandam, sunt necessaria. l. 19. §. 1. & l. 30. ff. de re judicat. l. 17. ff. de R. I. Facere posse autem hic dicitur, non simpliciter habens in bonis quod det, sed ratione civili, qui honestè & salva dignitate potest debitum præstare de suo, deducto videlicet eo, quod ad vietum quotidianum & alimenta requiritur. l. 19. in fin. l. 30. de re judic. l. 6. de cess. bon. l. 17. de Reg. J. Hillig. ad Donell. lib. 27. c. 9. lit. EE. & Vinn. ad §. 40. Inst. de Act. n. 1.

S. 4.

Tribuitur hoc beneficium Competentia vel (1.) ob personam rei, cum qua agitur, vel (2.) ob causam, de qua agitur, Test. Vinn. §. 37. Inst. de Act. Hill. ad Donell. lib. 27. C. 9. lit. B. Personarum intuitu itidem vel ob necessitudinem & conjunctionem, vel ob reverentiam reo debitam, vel ob meritum in rem publicam, vel etiam ob solam commiserationem defertur. Hillig. & Vinn. cit. loc. Causas has ordine perlustrabimus.

S. 5.

Ob necessitudinem & conjunctionem competit (1.) Parentibus l. 16. de re judic. utriusque sexus, tam primi quam ultioris gradus in infinitum, uti docet Gl. in l. 17. ff. de re jud. p. tex. in l. 4. §. 2. de in Ius voc. ex qualibet causa à liberis tam in potestate adhuc existentibus, quam emancipatis conventis, adeò ut matri ex causa tutelæ debent non denegetur, licet omni beneficio renunciaverit. Hillig. ad Dönnell. A. c. 9. lit. d. Harpr. ad §. sed si quis 39. Inst. de Act. n. 1. & 2. Magn. Dn. Strauch. Dissert. ad jus Justinian. 28. apb 11. & quideam partim propterea, quia reverentia parentibus est exhibenda. l. 6. de in Ius voc. l. 9. de Obseq. par. & patron. præst. partim etiam quia alimenta parentibus egentibus à liberis suppeditanda sunt. l. 5. §. 13. de agn. & al. lib. Esset ergo indecens, ut quos honore prosequi tenentur liberi, eos egere sinant, & virtu necessario spolient. Perez. in Cod. de exec. rei jud. n. 27. Add. Hunn. in Encyclop. Iur. p. 2. tit. 29. c. 2. n. 10. & 31. ubi cum Surdo aliisque Dd. hoc privilegium etiam ad spirituales Parentes extendit.

S. 6.

§. 6.

(2.) Defertur beneficium Competentia ex causa necessitudinis liberis. *l. 30. ff. de re jud. l. 18. sol. matrim.* B. Dn. Carpz. *p. 1. Conf. 32. def. 15. n. 2.* quia parentes jure etiam naturæ liberos alere tenentur. *l. 5. §. 13. de agn. & alend. lib.* Et hoc extendimus etiam ad emancipatos, cum Dn. Nicol. in *Process. Jud. p. 3. c. 5. n. 5.* Liberis annumerantur gener & nurus, arg. *l. 3. C. de natur. lib.* Ubi filius & gener æquiparantur, æquiparatorum autem eadem est conditio. Hillig ad Donell. *lib. 27. c. 9. lit. G. in fin.* Obtinet vero non solum hoc in liberis legitimè natis, sed etiam legitimatis per subsequens matrimonium. His enim competent omnia jura, quæ alias verè legitimis tribuuntur, nec ullum inter hos ac eos, qui ab initio ex iustis nuptiis procreati, discrimen intercedit. *§. ult. I. de nupt. l. 10. C. de natur. lib. N. 89. c. 8.* B. Dn. Carpz. *p. 2. C. 6. D. 12.* Dn. Hahn ad *Wesenb. Tit. de bis qui sui vel alien. n. 2.* Magn. Dn. Richter. *de success. ab intest. scđ. 1. m. 3. n. 12.* Magn. Dn. Struv. *Synt. Jar. Feud. c. 9. apb. 3. n. 4.* eadem est ratio in legitimatis per rescriptum Principis; cum & his parentes alimenta præstare debeant, et si in aliis à liberis legitimis differant. Vid. Magn. Dn. Struv. *Ex. 3. §. 55.*

§. 7.

Ob necessitudinem & conjunctionem (3.) competit Fratribus & Sororibus, arg. *l. 17. ff. de re jud.* Nam si sociis ob imaginem fraternitatis competit hoc præsidium, multo magis veris fratribus, ne minus possit natura, quam accidens, veritas quam fictio. Coras. ad *§. 38. I. de act. n. 1.* Et Ulpian. non recte statueret, quod hoc beneficium Socio esset tribuendum, propter jus fraternitatis, quod societas continet, nisi notum habuisset, quod quoque tribuatur fratri, positâ itaque causâ ponitur effectus. Etsi Dissent. oppon. Quod nullibi fratum fiat mentio, & præterea jus singulare non sit extendendum. *l. 14. de LL.* Respondeatur enim, quod prioris asserti contradic̄tio satis ex jam dictis pateat, ad posterius vero ex ipsa alleg. leg. responsio fluit, quod tali casu verum sit, si contra rationem juris jus singulare sit receptum, nostro vero casu militat eadem ratio. Ergo quoque idem jus obtinere debet, & ita jus singulare propter identitatem

tem rationis extencionem non respuit. *arg. l. 20. in fin. de rej.*
Quapropter etiam Julianus in *l. 12. de LL.* dicit: Non possunt
omnes articuli sigillatim aut Legibus aut SCtis comprehendendi:
Sed cum in aliquā causā sententia eorum manifesta est, is, qui
Jurisdictioni praeest, ad similia procedere debet: cuius responsi
Ulpianus in *l. seq.* hanc addit rationem: Nam ut ait Pedius,
quotiens lege aliqua unum vel alterum introductum est, bona
occasio est, cetera, quae tendunt ad eandem utilitatem, vel
interpretatione vel certe jurisdictione suppleri. Ulterius nostra
sententia stabilitur exinde, quod frater etiam sororem fratrem
ve, si non habeant, unde vivant, alere ex pietate debeat. *l. 4. ff.*
ubi pup. educ. deb. Magnif. Dn. Struv. *Ex. 30. tb. 78.* & quod non
videatur extra dolum esse, qui fratrem, quem nudatum alere
tenetur *l. 1. §. 1. de ration. dispr.* facultatibus exuit. *l. 8. pr. de dol.*
mal. except. Unde & hoc non solum in fratribus utrinque con-
junctis, verum etiam in unilateralibus obtinere videtur. *arg. l.*
12. §. 3. de administr. tutel. Harprecht. *ad §. si quis. 38. Inst. de act.*
n. 8. Hillig ad Donell. *lib. 27. c. 9. lit. C.* Dn. Nicol. *in Process.*
jud. p. 3. c. 5. n. 7.

S. 8.

(4.) Ob Conjunctionem datur Beneficium nostrum Ma-
rito, sive ab uxore ratione dotis reddenda, sive etiam ratione
cujuscunque contractus cum eā initi conveniatur. *l. 17. l. 20. l. 21.*
l. 24. §. 1 ff. de rej. jud. *§. 37. Inst. de action.* *l. 14. §. 1. l. 53. solut. maritim.*
l. un. §. 7. C. de rei ux. action. Gail. *lib. 2. observ. 38.* Mynsing.
Cent. 1. Observ. 29. Magn. Dn. Struv. *Ex. 30. tb. 54.* Uxor enim
marito debet reverentiam, qua impedit arctari maritum, ut ne
quidem debitum vita subsidium habeat. *l. 29. C. de Jur. Dot.* *l. 73.*
§. 1 ff. eod. Perinde autem est, an actione in personam, an in rem, id
res dotales restituendas agat uxor, quamvis posteriori cas. hoc
beneficium concedere nolint Zafius *ad L. 12. ff. sol. maritim* *n. 10.*
Brunn. *de cess. bon.* Præterea nihil refert facultatem re-
ti-
tuenda dotis maritus habeat, sive non. *l. 17. ff. de re j. 4.*
l. 12. solut. maritim. Hill. *d. l. 27. c. 9. lit. f.* Dn. Nicol. *all p.*
3. c. 5. n. 8. Magn. Dn. Strauch. *Diss. 28. apb. 11.* Dissentunt qui-
dem Schneidev. *ad §. 37. J. de action.* *n. 7.* & alii, moti hoc po-
tis-

tissimum argumento, quod is, qui in dolo est, amittat hoc beneficium. l. 22. §. 1. sub fin. ff. de re jud. Maritus autem eo ipso, quod dominum integrum habet, dolo facere videatur. l. 18. §. 1. sol. marit. l. 36. in fin. de pecc. sed Respondetur, quod in d. l. 18. §. 1. sol. maritim. pater totius dotis exsolutionem impediens privetur hoc beneficio, id non sit propterea, quia res exstat, sed quia in ea dolum commisit. At maritus, cum se defendere cupit exceptione, hac Competentiae, eo ipso in dolo non versatur, quia remedio à jure sibi concessio frui desiderat. l. 4. C. ad L. Iul. adulst. l. 157. de R. I.

§. 9.

Porro notandum, quod hoc beneficium competentiae maritus habeat, sive res sint mobiles sive immobiles, ob quas convenitur, quia utробique eadem militat ratio, honestas nimis & humanitas, arg. l. 32. ad Leg. Aquil. l. 1. de leg. pref. Nec obstat, l. un. §. 7. C. de R. II. A. quoniam illa ita interpretanda est, ut non sit ius diversum in rebus soli quoad hoc subsidium sed potius idem. d. l. 12. ff. solut. maritim. & l. 17. ff. de re jud. Confer. Duaren. ad cit. l. 17. modo maritus aut stante matrimonio, licet de antea gestis, aut dissoluto matrimonio, tamen ex contractu stante matrimonio non post ejus dissolutionem celebrato, vel etiam ex negotio, quod est accessio obligationis principalis contractae in matrimonio, conveniatur. vid. l. 17. l. 20. l. 21. ff. de re judic. Hill. d.l. c. 9. lit. f. Dn. Nicol. cit. c. 5. n. 8. Plenissime enim Leges marito prospicere voluerunt, unde & hoc fluit, quod (1.) non obstante pacto de marito in solidum condemnando, etiam juramento firmato, hoc beneficio fruatur, sive patrum illud stante matrimonio, sive eo soluto factum propontatur. l. 18. §. elegant. l. ff. solut. maritim. & arg. l. 62. ff. de hered. instit. l. 3. ff. de constit. pec. Cum utroque casu sit contra bonos mores ac proinde non obligatorium, arg. cap. non est oblig. ss. de Reg. Iur. in 6to. Zang. de except. p. 2. c. 15. num. 19. Berlich. de Iur. Nov. vercar. p. 2. art. 2. sect. 13. num. 829. Hunn. in Encyclop. Iur. p. 2. tit. 29. c. 2. n. 19. Et (2.) quod etiam liberis ejusdem matrimonii, si ab ipsis dos illata repetatur, ex equitate hoc beneficium concessum sit. l. 18. ff. solut. maritim. Coler. de Processe

B

Exer.



*Exec. p. 2. c. 3. n. 117. Bachov. ad Wef. tit. de dot. praleg. n. 1. Magn.
D. Struv. Ex. 30. tb. 54.*

S. 10.

Non tantum verò marito adversus uxorem, sed etiam (5.)
Uxori adversus maritum hic honos habetur, ut non ultra facul-
tates damnetur. *l. 10. ff. de rej. jud. vid. Vinn. ad §. 37. Inſ. de action.*
Magn. Dn. Strauch. Difſert. 28. apb. ii. Statutum enim in anno
correlatorum, cenſetur quoque statutum in alio. *l. fin. C. deſ*
indict. vid. Et si enim marito ob reverentiam illi debi-
tam tribui dicatur *l. 14. fol. matr. l. un. §. cum autem. 7. C. de rei*
uxor. atq. non tamen ea ratio ſola eſt, ſed & alia, nempe ſo-
cietas vitaꝝ. l. 17. §. 1. fol. matr. quod non tantum procedit, ſi
ob dotis promiſſionem, ſed etiam, ſi ob aliam cauſam à marito
conveniatur. *Magn. Dn. Struv. Ex. 44. tb. 19. Magn. Dn. Strauch.*
cit. loc. Comprobatur hoc expreſſe per alleg. *l. 20. ff. de rej. jud.*
ubi hæc habentur verba: *non tantum dotis nomine maritus in*
quantum facere poſſit condemnatur, ſed ex aliis quoque contractibus.
Quod & in perſonā mulieris aquā lance ſervari, equitatis ſug-
gerit naſia.

S. 11.

Et quamvis Cujac. 24. Obſerv. 38. pro Tribonianī adje-
ctione verba extrema d. *l. 20.* habeat, contendens rationem
juris, quæ in marito hoc induxit, ut ex alia, quam dotis cauſa,
in ſolidum non teneatur, ceſſare in uxore, quippe controver-
ſum fuerit, utrum mulier ex promiſſione dotis conventa idem
haberet beneficium, quod maritus, à quo data dos repetitur,
hoc etiſi affiſmetur d. *l. 17. §. 1.* cum ſocia ſit omnis vita, ad cau-
ſam tamen, quæ ex illâ ſocietate deſcendit, nempe promiſſe
dotis, rationem eam ſolummodo pertinere; Ex aliis verò cau-
ſis, quæ non ex ea ſocietate dependent, non condemnari ſupra
facultates uxorem, nunquam prodiſum eſſe, niſi in d. *l. 20.* lo-
co ſuſpectiſſimo, ut ipſe opinatur, cum etiam à Libris Basilicis
verba illa abſint. Sed recte reſpondet Hillig. ad Donell. ſep.
cit. lib. 27. c. 9. lit. g. Quid enim inconvenientius, quam ex
ſocietate omnis vita ad cauſam ſolum dotis inferre, imò quid
pugnantius? Nonne arctiſſima, quæ inter Virum & uxorem
inter-

intercedit conjunctio, ratio sat sufficiens satque generalis. At et si diremto matrimonio agatur, si stante eo contractum sit, quid inhumanius, quam consorte antea bonorum & thalami acerbæ exactio ad mendicitatem redigere. Deinde rationem ab autoritate Græcarum Constitutionum defusim tam non curamus. Licet enim illæ ex Jure Romano sint defusim & propterea ad illustranda loca nonnulla non sine fructu adhibeantur, frustra tamen pro testimonio adducuntur, cum puræ & putæ in manus nostras non pervenerint, sed incuria & injuria temporum deperdita sint. Dn. Wissenbach. *ad Dig. p. 2. D. 21. tb. 39.* Magn. Dn. Struv. *Ex. 2. tb. 37.*

§. 12.

(6.) Datur etiam ex eadem causa conjunctionis competentiæ Beneficium *Socero* uxoris, seu patri mariti à nuru conuento, sive ob dotein restituendam, sive alio ex contractu constante matrimonio initium sumente. *I. 21. ff. de re judic. l. 15. S. fin. l. 53. sol. matrim.* Zanger. *de Except.* p. 2. c. 15. num. 30. B. Ludv. *ad §. 37. Inst. de act. num. 1.* Siquidem idem honor socero, qui patri debetur. Hillig. *I. 27. c. 9. lit. H.* quod etiam procedit, licet filius fam. maritus postea fuerit emancipatus. Nam et si patriæ potestatis effectus per emancipationem solvantur. *I. 4. de bis qui sui vel alieni jur.* tamen paternitas, quæ est Juris naturalis, ac propterea immutabilis. *§. pen. J. de J. N. G. & C.* ob quam filius ejusque uxor parentibus ad reverentiam præstandam obligantur. *I. 2. de obseq. par. præf.* nullo modo tolli potest. Add. Magn. Dn. Struv. *Ex. 3. tb. 36.*

§. 13.

Quod de Socero uxoris dictum est, id etiam (7.) ad Socerum Mariti seu patrem uxoris extenditur, nam sicut marito tribuitur exceptio competentiæ. *Gail. 2. obs. 33. Myns. I. obser. 29.* ita non minus ex æquitate applicatur isthoc privilegium etiam ad Socerum, ut, si ex promissione dotis constante matrimonio conveniatur, damnandus sit in id solum, quod facere potest. *I. 17. sol. matrim. dos quemad. I. pen. de I. Dot.* ex hac ratione, quam tradit Paulus in *I. 16. sol. matr.* quod parentis locū obtineat, adeoque ei honor idem habendus sit; Verum ipse Paulus in,

l. 21. ff. de re jud. sibi contrarius esse videtur, dum ait, *æquum* quidem esse ut etiam Socero mariti competit hoc beneficium, sed alia nos uti ratione, ita ut in solidum ad exsolutionem dotis promissæ teneatur, & addit quod Neratius idem statuerit. Anton. Fab. 2. *Conject. 14.* interpolato textu *d.l. 21.* ita legit, *sed alio jure utimur*, cuius lectionis sensus est; *æquum* quidem esse socerum ex promissione dotis soluto matrimonio non in solidum condemnari, sed alio & alio jure nos uti, i. e. eum nunc in solidum condemnari, nunc non condemnari, regulariter non condemnari, ex causa tamen & persona condemnari, si vel dolo dotem promiserit, vel si talis persona sit, quæ vix aliquo honore digna videatur, secundum distinctionem *l. pen. ff. de jure dor.*

S. 14.

Sed longè meliorem nobis tradit conciliationem Pomponius in *l. 22. de re jud.* distinguendo, an durante, an verò soluto matrimonio socer mariti conveniatur. De priori casu tractat *d.l. 16.* de posteriori verò *l. 21.* qua cum *d. l. 22.* est conjungenda, ubi Pomponius verba Pauli: *an si cum socero ex promissione dotis agatur, in id quod facere potest damnandus sit?* quod id *æquum* esse videtur, *sed alio jure utimur*, ut & Neratius scribit; ita explicat ex mente Pauli: *sed hoc ita accipendum est, si à socero dos ex promissione petatur soluto matrimonio.* Verum si manente matrimonio dos ab eo petatur, succurrendum utique est, ut ne majoria summa condemnetur, quam quantum facere potest. Patet igitur inde differentia inter utriusque generis saceros, nempe quod privilegium hoc competentiæ socero uxoris simpliciter, socero verò mariti, qui est pater uxoris, sub allata distinctione, regulariter, scil. tantum constante matrimonio, & interdum etiam diremto matrimonio ex justa quadam causa tribuatur. *l. pen. ff. de l. dor.* vid. Magn. Dn. Struv. *Ex. 30. §. 14.*

S. 15.

Quod verò socer mariti non simpliciter eo gaudeat i. e. five constante sive soluto matrimonio, ratio hæc videtur quibusdam, quod diremto matrimonio soluta sit affinitas conjugalis, tanquam causa hujus beneficij; sublatâ autem causâ tollatur effe-

ctus,

Etus, ita ut sacer mariti amplius parentis vicem non sustineat.
arg. l. pen. in verb. manente affinitate. de jur. dot. sed contrarium
fiuadet §. 6. l. de nupt. Ubi dicitur, quod mortuā uxore maritus
affinitatis veneratione à quarundam nuptiis abstinere debeat.
Itaque verba illa, manente affinitate, in d.l. pen. nihil aliud deno-
tent, quam quod soluto matrimonio jus competentia sibi lo-
cum non vindicet, adæquatam autem rationem, cur marito do-
tem soluto matrimonio exigente hoc præsidium sacerō non
competat, hanc esse putamus, quod dolus præsumptus beneficium
illud excludat. arg. l. 9. §. 1. de transact. l. 35. de patr. nam si sacer
solutionem haec tenus cum dispendio mariti, qui sustinuit onera
matrimonii, distulit & obligationem suam non impletivit, exinde
dolus eius arguitur. l. 8. l. 9. & l. 44. mand. l. 41. ad Leg. Falcid.
nisi ex circumstantiis causa & personæ præsumptive dolum eli-
dat, quamdiu vero durat matrimonium dolus propter non tra-
ditam possessionem non præsumitur. arg. l. 5. sol. matr. sed ma-
nifestis indicis probari debet. l. 6. C. de doll. l. 9. de eo, quod met.
caus. Quo probato, etiam stante adhuc matrimonio, in solidum
sacerum condemnari posse, certissimi juris est. arg. l. 22. §. 1. de
re iud. Zanger. de Except. p. 2. c. 15. n. 37. cum seq.

§. 16.

Vidimus haec tenus, quomodo ob conjunctionem natura-
lem detur nostrum beneficium, notandum hac vice est, quod ob
conjunctionem & fraternitatem quasi voluntariam competit
Sociis ex causa societatis conventis. l. 16. ff. de re judic. l. 63. prin. ff.
pro socio. non solum quando actione pro socio, sed etiam alia
actione, occasione tamen societatis ex contractu durante socie-
tate inito, conveniuntur. Schneidev. ad §. sed et si quis. 38. 3. de
act. n. 3. Societas enim est species quædam fraternitatis, quæ non
admittit ita rigorosè cum socio agi, eumquè ultra posse urgeri.
d. l. 63. pr. ff. pro soc. Imò vir amicabilis ad societatem, magis a-
amicus erit quam frater. Proverb. 18. Hinc bellè Marq. Freher. I.
Parerg. 5. inquit, societatem ideo esse speciem fraternitatis, quia
quod fratribus dat successio paterna & honor. collatio, id sociis
voluntas & contractus, dum sponte sua communicantes, se sibi
invicem in fratrum locum adfiscunt. Societas voluntaria frater-
nitatis

nitas, fraternitas verò necessaria societas est, tantisper durans
quamdiu concordia.

S. 17.

Obtinet autem hoc nostrum beneficium non solum in societate universalis, sed & particulari. d. l. 63. pro. soc. Gravissime quidem refragari videtur l. 16. ff. de re judic. in his verb. *socium autem omnium bonorum accipendum est*. Ubi solum mentio omnium bonorum societatis fit. Sed resp. cum Magn. Dn. Struv. in Not. ad Ex. 22. tb. 37. fieri ibi mentionem societatis omnium bonorum, quod in ea latius pateat hoc beneficium, non exclusa tamen societate unius rei, in quā licet strictius concedatur, tamen ex allatā ratione & textu obtineat. Hinc quod ei legi deest, id ex alio loco ejusdem Ulpiani d.l. 63. supplendum, quæ LL. et si titulis disjunctæ, sibi in vicem tamen non repugnant, siquidem omnia in Dig. scripta, pro una magna lege habenda sunt, uti tradit Hillig. ad Donell. lib. 27. C. 9. lit. I. & K. in fin. Plures dissentunt, qui variè hos textus mutant, ac distinguunt vel inter jus directum & utile, vel etiam inter societatem particularem, quæ est unius & plurim negotiationum. Verum nec hæ distinctiones rem componere videntur. Præterea mutationibus admissis, quid tandem poterit esse certum in jure nostro, quapropter pruriginem hanc novatorum cane pejus & angue odise debemus, suadente Bachov. ad §. 12. J. de Inutil. stipul. qui in nostram sententiam descendere atquè melius pugnantes leges has conciliare videtur ad §. 38. J. de action. dum ait, per id, quod in d. l. 16. socio universorum bonorum detur hoc beneficium, non esse exclusum illum casum, quòd cum socio particulari pro socio agitur, sed quòd ex aliis causis socius convenit, quia tum demum socius uti possit hoc beneficio, si cum eo agatur occasione societatis. Ceterum Belgarum & Gallorum moribus non ratio fraternitatis inter socios, sed solum rerum communio spectatur, idcirco conventi in solidum condemnantur. Gothofr. in l. 16. de rej. Vinn. ad §. 38. I. de affl. ibiquè alleg. Grenev. de LL. abrog.

CLAS-

CLASSIS II.

Personas, quibus propter alium
respectum hoc beneficium
competit, exhibet.

S. I.

HAec tenus consideravimus, quomodo ex causa necessitudinis vel conjunctionis detur Beneficiū Competentia, ratio ordinis suadet ut videamus, quomodo ex aliis causis tribuatur. Competit ergo ob solam reverentiam reo debitam Patrono, Patrona, eorumque liberis contra libertos. *l. 17. de re jud. l. 7. §. 1. de Obseq. parent. & patr. pref.* Magn. Dn. Struv. *Ex. 44. tb. 20. ir. Ex. 37. tb. 60.* ratio est jus patronatus, quod constituitur manumissione servi vel ancillæ, vigore cuius libertus non solum Domino reverentiam praestare, sed etiam ei sancta & honesta persona Patroni videri debet. *l. liberto. 9. de Obseq. par. & patron.* Magn. Dn. Struv. *cit. Ex. 37. tb. 60.* Unde nec patronum sine venia, sub pena 50. aureorum, in ius vocare. *§. penales. 12. I. de act. l. 4. juncta l. fin. ff. de in jus vocand. Wesenbec. in Par. ff. de in jus voc. n. 6.* Ibique Dn. Hahn. Dn. Brunnem. *ad l. 1. C. de Obseq. Patron. pref.* Magn. Dn. Struv. *Ex. 5. tb. 5.* nec famosam actionem contra eum instituere potest. *l. sed si hac. 10. §. prator. 12. ff. de in jus vocand l. 2. §. 1. ff. de Obseq. par. & patr. pref.* Dn. Brunnem. *cit. loc. Magn. Dn. Struv. Ex. 37. tb. 60.* quin etiam patronum pauperem alere cogitur. *l. 5. §. 18. ff. de lib. agnosc. l. 1. §. 2. ff. de Offic. Praef. urb. Wesenb. ad ff. de Bon. libert. in fin. Surd. de Aliament. Tit. I. q. 51. n. 21. Coler. de Aliment. lib. I. c. 13. n. 88.* Dn. Brunnem. & Magn. Dn. Struv. *cit. loc. add. Wissenb. ad Dig. part. 2. Diff. II. tb. 17.* quoniam enim libertas est res inestimabilis *l. 106. de R. I.* ideo propter beneficium libertatis non minus obsequium ipsi patrono, à quo vitam civilem manumissus habet, arg. *l. 32. de R. I.* quam naturali parenti competit.

S. 2.

Porrò ob meritu[m] in Republicam Militibus, qui sub armat

matâ militiâ stipendia merent, hoc nostrum beneficium tribuitur l. 6. l. 18. de re judic. Vinn. ad §. 37. f. de act. ex quo cunq;e contractu actio adversus eos instituatur, sive in expeditionibus aut castris contraxerint, aut alibi, sive tempore institutæ actionis aut condemnationis sint in castris sive non, per d. l. 6. t. 18. ff. de re jud. & ea, quæ tradunt. Zang. de except. p. 2. c. 15. n. 50. B. Dn. Carpzov. p. 1. Conf. 32. def. 15. Dn. Nicol. in Process. Iud. p. 3. c. 5. n. 14. Non solum autem in expeditione constitutis, sed & militibus praesidionariis, stationariis vel limitaneis, & qui sunt in munitionibus: Die in Besatzung auff Gränz Häusern oder im Winterquartiren liegen, hoc beneficium indulgendum esse recte contendunt Zanger. & alii à Dn. Nicol. cit. loc. allegati, cum & aliis privilegia militaria habeant, ita ut etiam quoad jus Romanum privilegium testamentum condere possint. Magn. Dn. Struv. Ex. 34. tb. 4. quamvis usu forensi id non obtineat propter Constit. Maximil. I. de Anno. 1512. rubr. vom Testamente §. und sollen: Finckelthaus. Observ. 46. B. Dn. Carpz. p. 3. Conf. 4. def. 28. Magn. Dn. Richter. Dec. 30. n. 12. Imo quod hactenus dictum, etiam ad milites hodierni temporis applicari debet. Absurdum enim foret illis militaria privilegia in hoc casu denegare, cum tamen in aliis v. g. testamenti factione ea adhuc habeant. Cujac. 2. Observ. 118. Magn. Dn. Richter. d. Dec. 38. n. 10. Magn. Dn. Struv. Ex. 34. tb. 4. Dn. Philipp. in usu Prat. ad Inst. Lib. 2. Eclog. 49. num. 1.

§. 3.

Quæritur autem, an & militibus Togatæ militiae hoc privilegium competit? Negant Duaren. ad l. 6. ff. de re judic. Schneid. ad §. 38. Inst. de Act. Hænon. Disp. 21. tb. 4. Cyprian. Regner. ad Inst. Disp. 23. tb. 21. B. Ludv. Ex. ad Inst. 16. tb. 8. lit. D. propter cit. l. 6. & l. 18. ff. de re jud. ubi expressè fit mentio militis armatae militiae, quibus verbis] Cetus excludere videtur togatam. Qualitas enim adjecta dispositionem restringit, alias ineptè uni specie tribueretur, quod omnibus commune est. Deinde pro hac sententia facere videtur, quod diversa sub sit ratio & causa. Milites enim armati sanguinem & vitam pro Rep. profundentes plus in eam conferunt; Præterea armis occupati rei familiaris curam

curam abjicunt necesse est; Contra verò milites togati, rem suam augere & bene gerere edocti, sanguinem & vitam pro Rep. non profundunt. Hisce tamen non obstantibus, Dd. communiter concludunt, milites legalis militiae, Doctores sc. legitime promotos non tantum Juris, sed etiam Theologiae & Medicinae, nec non Magistros, Professores, Advocatos, de quibus Covarr. adhuc dubitat, & Clericos Competentiae beneficio gaudere. Nam hi omnes non minus provident humano generi, quam si præliis atque vulneribus patriam parentesque tuerentur. *l. advocari.* 14. *in princ. C. de adv. divers. judic.* eorumque scientia totus illuminatur mundus, & ad obedientium Deo ac Magistratui vita subjectorum informatur. *Auth. hab. C. ne filius pro par.* Et licet quoad Doctores Theologiae & Medicinae quidam secus sentiant, ut videre est apud Harprecht. *ad S. 38. Inst. de act. n. 13.* & Finckelthus. *Observ. 113. n. 15.* ex identitate tamen rationis nec ipsis privilegium hoc competentiae denegandum esse, rectius sentiunt B. Dn. Carpz. p. 1. *Constit. 37. def. 28.* & Magn. Dn. Richter/ p. 1. *Dec. 24. n. 3.* Pro Medicis enim valde militat l. 7. *C. de Profess. & Med.* vid. Dn. Brunnem. *ad d. 1* Pro Theologis vero textus *in c. 3. x. de solut.* Dn. Philipp. *in Iusu Præd. ad Inst. lib. 4. Eclog. 60.* ubi hanc assertionem prajudiciis confirmat, quæ etiam benignior videtur. Add. Donell. *lib. 27. C. 9. lit. n. in fin.* ubi monet, quod ab eruditis sit propugnanda, ne sui ordinis viros, in angustia rei familiaris sèpè fortuna magis quam suo vitio constitutos, ope sua deserant, rigidaque duritie fœnectorum denudandos exponant.

S. 4.

Ceterum, an & Nobilibus hoc beneficium tribuendum sit, itidem non adeò expeditum est, siquidē hoc negat Coler. *de Profess. Exec. p. 2. c. 3. n. 14.* ubi contra illos executionem in solidum fieri testatur. Add. Hill. *ad Don. lib. 27. c. 9. lit. n.* Finckelth. *Observ. 113. n. 17.* ubi Facultatem Juridicam Lipsiensem secundum Coletri opinionem læpius pronunciasse scribit, quo etiam inclinat Manz. *in Patrocin. Debit. Decad. 3. q. 1. n. 87.* Hinc Petrus Rebuff. de abrogato per desuetudinem jure competentiae *in Ordin. Regn. Gall. in Proem. gloss. 5. n. 9.* scripsit, se nunquam vidisse.

C

de

de consuetudine observari, quod pro debitoribus quantumvis privilegiatis, ne exigatur nisi quantum i facere possunt, fuisset pronunciatum, sed executionem in solidum adversus illos factam, non aliter atque contra alias personas non privilegiatas, exceptis solis parentibus &c. Econtrariò verò affirmativam tueruntur Limm. de Iur. Publ. l.6. c. 4. n.59. B.Dn. Carpz. p.1. Conf. 32. def. 15. item p. 2. Conf. 22. def. 18. n. 4. Magn. Dn. Richter/ p.1. Decif. 24. num: 6. Magn. Dn. Struv. Ex. 44. tb. 20. Dn. Philipp. in usu Præf. ad Inst. lib. 4. Eclog. 60. afferentes, Nobiles, maximè autem Comites, Barones & illustrioris Nobilitatis viros hoc privilegio frui. Quod Dn. Mæv. in Dūcūs, levam. inop. Debit. c. 5. §. 103. restringit ad casum hunc, si intra metas vocationis sua permanferint, bonâquè fide contraxerint & absque fraude & dolo facultatibus suis lapsi fuerint. Atquè hanc sententiam non solum Ordo Scabinorum Lipsiensium, teste Car. provio, sed etiam Inlyta Facultas Jenens. M. April. Anno 1642. ad requisitionem Illustris. Regiminis Altenburgens. confirmavit in verbis: Weiln sonst die gerichtliche Hülfe wieder die von Adel weiters nicht zu vollstrecken/ als daferne ihrem Stande nach ein gewisses zu ihrem Unterhalt und Verrichtung der Herren Dienstes aus denen Gütern deputirt und verordnet worden: So hat sich auch beklagter in diesem concursu solches beneficij, nach Verordnung der Länder Fürstl. hohen Obrigkeit/ nicht unbillig zu gebrauchen. V. R. W.

s. 5.

Enumeratis personis associant Dd. (1) Ecclesiæ, Monasteria, Hospitalia, quibus in executione tantum relinquendum, quantum ad cultum Dei ritè peragendum & sustentationem ministeriorum Ecclesiæ, nec non ad alimentationem pauperum vel ægrotantium necessarium est. Dn. Mæv. in Dūcūs, levam. inop. debitor. c. 4. num. 34. (2) Civitates, Universitates & Republicas earumque Administratores, quibus, si nimis urgeant Creditores executionem in bona Civitatis, ob beneficium competenter tantum reliqui debet, ut inde status Reipublicæ conservari possit. Hinc residuum aliquod reservari debet in fisco pro reparandis incœniis, reficiendis pontibus, molendinis, aquagijs, de-

Decernendis stipendiis ministris publicis aliisque operibus publicis Dn. Carpz. in *Asyl. debitor. c. 2. post. 48. num. 257.* Et licet *hanc constantissimam & indubitatem Praxin omnium Tribunali* esse dicat Mæv. in *dicuss. levam. inop. debitor. c. 4. n. 37. &* c. 5. n. 204. & seq. Non sine causa tamen dissentit Magn. Dn. Rich-
ter p. 1. decif. 24. ubi assertit, quod beneficium hoc Recip. regula-
riter non competitat; Prout etiam in *illustri Scabinatu Jenensi* mensē Novembr. Anno 1640. ad *questionem Seratus A. responsum fuit*,
in verbū: Wenn gleich eurem Bericht nach notorium, daß euer
Stadt nicht allein viel Jahr her von Freunden und Feinden schwe-
re unerträgliche Geld exactiones, vielfältige Brandschäden und
Einquartirung / sondern auch unterschiedliche Durchzüge und
Plündierung ausgestanden / dadurch den Rath die jährlichen Ein-
künften und Geschäft/ wiederkaufflichen Zinsen und Gehenden fast
ganz und gar entzogen worden / nunmehr auch so weit kommen/
daß nicht so viel von Renten einzubringen / davon die Respub. be-
stelle / derselben Administratores und Ministri besoldet werden
können / so sendt ihr jedoch euch des beneficij Competentia wieder
euere Gläubiger / bey so gestalten Sachen/ zu gebrauchen/ und die
Bezahlung so wol des Capitals/ als auch des intereste bis zu bessern
Zeiten aufzuschieben nicht befügt.

S. 6.

Ob solam commiserationem respectu personarum co-
petit ei hoc nostrum beneficium, qui bonis cessit. §. ult. Inst. de-
cif. l. 6. ff. de cess. bon. l. pen. in fin. C. eod. Dn. Brunnem. ad l. 1.
C. diff. iii. Cessio enim bonorum non liberat debitorem ab
actione, sed hoc tantum operatur, ne detrudi possit in carcerem.
Nov. 150. Hill. ad Don. l. 27. c. 3. lit. q. Berl. p. 2. conc. 28. Dn. Brun. eis loc.
Non vero datur ei qui cedit, nam dum cedit bonis, nihil ei relin-
quitur, sed, uti alias Dd. loquuntur, cessio fit ad perā & sacculum,
ita ut nihil præter vestes quotidianas retineat. Hillig. ad Donell.
l. 27. C. 9. lit. p. Magn. Dn. Struv. Ex 44. ib. 28. Si autem post cesso-
nem bonorum ad pinguiorem fortunam pervenerit, quod tunc
in postea quæsitis non sit condemnandus, nisi in quantum facere
potest, iura constituerunt. d. tex. idquæ ob commiserationem,
quoniam afflito non debet addi afflictio, & inhumanum esset

spoliatum fortunis suis in solidum damnari. §. ult. I. de actione.
Et itaque beneficium cessionis ultimum remedium, ad quod debitores confugere solent, unde flebile dicitur adjutorium in-
l. pen. C. qui bon. ced. poss. per quod debitor, uti jam dictum, car-
ceris pœnam evitare potest. Vinn. ad §. ult. J. de actione, non
tantum ne detrudatur in carcere, sed etiam si fuerit jam
detrusus, ut iterum liberetur. Schneidv. ad §. ult. J. de atti-
num. 3.

§. 7.

Cedere possunt bonis omnes debitores, qui interpellati
de solvendo tantum in ære, eo quod bonis lapsi sunt, non habent,
quo ære alieno se liberent. l. 7. C. de cess. bonor. Quæritur autem, an
flebile hoc beneficium etiam filiis familiæ detur? Et videtur
quod non. Nam licet filius fam. condemnari possit l. 5. pr. ff. quod
cum eo. l. 44. & seq. ff. de Petul. ex ea tamen condemnatione actione
judicati convenit pater. l. 3. §. 11. ff. de pecul. l. 35. ff. de Nox.
Att. Sed affirmat hoc Justinianus in l. 7. C. qui bon. ced. poss. quia
filius fam. bona castrensis & quasi castrensis, vel alia habere pot-
est, quæ patri non acquiruntur, ubi nulla est ratio, cur in his non
ipse filius fam. conveniat & propterea beneficio hoc fruatur.
Dn. Brunnem. ad d. l. 7. C. qui bon ced. poss. Omnes ergo omni-
no qui non prohibentur, sine distinctione sexus d. l. 7. hoc bene-
ficio Cessionis frui possunt, adeo ut ne quidem iis denegetur, qui
jurarunt se solutros. Molin. de Just. & Jur. tr. 2. D. 572. n. 22.
Magn. Dn. Struv. Ex. 44. tb. 26. Licet enim juramentum præci-
sè obliget, id tamen intelligendum, quatenus possibile est ei qui
juravit promissum in specie implere, cum juramentum non li-
get ad impossibilia. Dn. Hahn. ad Wefenb. Pant. ff. de cess. bon.
n. 3. vers. ab omni. Perez. tamen ad tit. C. qui bon. ced. poss.
n. 3 tutius esse putat, ut prius à juramento absolvio impetre-
tur.

§. 8.

Porrò nec iis denegatur, qui renunciarunt huic flebili ad-
jutorio. Quamvis enim renunciatio illa jurata fuerit, tamen
locus est relaxationi. vid. Perez. in C. de cess. bon. n. 3. Magn. Dn.
Struv. Ex. 44. §. 26. quoniam bonis moribus, misericordia, cha-

ri-

ritati & affectui humanitatis adversa est, cum ea hoc agatur, ut nulla ratione debitor carcerem evitet, unde tamen creditori nulla utilitas. Dissent. vid. apud H'ill. ad Donell. l. 27. c. 9. lit. Z. Sed an illi etiam, qui inducias moratoriaias consecuti sunt, flebili hoc cessionis auxilio uti possint, Doctores inter se non conveniunt. Affirmatim propugnant Perez ad Cad. tit. de cess. bonorum. Zxf. in Comment. ff. cod. n. 25. qui propterea impetrationem induciarum cessionemque introductam esse ajunt, ut creditoribus minori cum dispendio satisfaciat debitor, quibus, si suum, non consequantur, imputandum, quod induciarum concessio-
nem sine exacta cautione de solvendo admiserint Contraria ta-
men sententia l. ult. C. b. t. insipienti probabitur, ubi per
disjunctivas & alternativas particulas duo hac beneficia legalia
se junguntur, indequè alterutrum saltem horum locum habere
posse ostenditur, non secus uti ex alternativis uno obtinente al-
terum exspirare solet. §. 11. l. de hered. inst. l. 124. ff. de V. S. Dn.
Marquard. de jure Commerce. l. 1. c. 14. num. 66. Menoch. de pre-
sumt. lib. 3. pres. 90. n. 5. Semel itaque obtentis induciis mora-
toriis, ad fleibile cessionis adjutorium postea quis non admittitur,
tum quia earum electione cessionis beneficio videtur re-
nunciatum, tum quia creditores duplice onere gravandi non
sunt. Dn. Brunneinan. ad l. fin. C. qui bon. sed poss. Schneidvv. &
Mynsing. ad §. fin. I. de Act. Manz. in Patrot. Deb. dec. 2. quest. 7.
n. 30. Hering. de fideiust. c. 5. n. 156. Peck. de jure fistend. c. 5. n. 16.
Matth. de Afflict. decis. 378. n. 2.

§. 9.

Ulterius denegatur illis (1.) qui in fraudem creditorum bona alienarunt aut dissiparunt. Dn. Hahn. ad Wefenb. de Cess. bon. n. 3. Magn. Dn. Struv. Ex. 44. th. 26. Dolus enim suus ne-
mini debet patrocinari. l. i. pr. ff. de dol. mal. & met. except. c. 15.
x. de rescript. (2.) qui spe ac animo cedendi contraxerunt, scien-
tes se non esse solvendo. arg. l. pen. ff. de Iur. Dot. Magn. Dn.
Struv. d. l. Magn. Dn. Strauch. Diff. 28. apb. ii. Dn. Mæv. ad Jus
Lubec. lib. 1. tit. 3. art. 1. num. 9. Quibus annumeramus illos, qui
spe cessionis securius negotiantur. arg. d. l. pen. ratio est, quod
spe beneficij vel privilegii peccans, privilegio non fruatur. l. 10.

C 3

C. de

C. de Fer. c. fin. & de Immuni. Eccles. (3.) qui foro cedunt, ac mul-
torum pecuniis interceptis, contra fidem quam dederunt, solum
vertentes alio confugiunt. **Policey Ordin.** de anno 1577. c. 23.
Matth. Steph. ad N. 135. n. 7. & 16. **Magn. Dn. Struv.** cit. loc.
Cessionis enim auxilium miserorum subsidium, non dolosorum
præsidium esse debet. **Peck. de jur. sib. c. 5. n. 16.** **Strach. de De-
cotor.** p. 3. n. 9 Eodem modo (4.) indigni hoc beneficio ha-
bentur illi, qui pecuniariam penam, ad quam propter delictum
vel quasi, veluti furtum, injuriam, &c. condemnantur, ob pau-
pertatem solvere nequeunt. **Conf. Dn. Strauch.** diff. 28. apb. 13.
Schneidvv. ad §. fin. Inst. de act. n. 6. **Brunn. d. cess. bon.** quest. 17.
Covarr. 2. variar. resolut. c. 1. n. 8. **Peck. de jur. sib. c. 5. n. 16.**
Bachov. in Not. ad Treutl. vol. 2. Disp. 24. tb. 4. l. k. **Anton. Faber.**
in Cod. lib. 7. tit. 31. def. 4. & 1. qui tamen singularem adducit
casum, quo cessio bonorum adversus multam ex dicto irro-
gatam permittitur. d. l. defin. 1. Rationem Dd. reddunt hanc ex
communi juris regula, quod is, qui non habet in ære, luat in cor-
pore juxta l. 7. §. 3. ff. dejurudit. l. ult. ff. de in jus voc. l. 9. ff. de
incend. ruin. naufr. l. 1. §. fin ff. de pan l. 4. C. de serv. fugitiv. l. fin.
C. de sepulcb. violat. Demum nec illi hujus beneficii participes
sunt, qui ad factum obligantur l. 21. §. 4. ff. de nov. oper. nunc.
l. 54. §. fin. ff. de V. Obl. Tholosan. in Synt. jur. univ. lib. 21. c. 10.
n. 2. semper enim hi solvendo intelliguntur, quamdiu factum
& operas præstare possunt. l. 13. §. fin. ff. de re jud. l. 72. ff. de Verb.
Obl.

s. 10.

Ut autem Cessio bonorum locum habeat, requiritur (1.) ut
debita sint liquida. l. 18. ff. de Cess. bonor. & à Creditoribus solu-
tio eorum instantissimè urgeatur. **Brunn. de cess. bonor.** q. 2.
Magn. Dn. Struv. Ex 44. tb. 27. Hoc enim beneficium cessionis
est subsidiarium & miserable, nec concedi debet nisi propter
necessitatem, unde sponte cedens non debet admitti, cessat enim
ratio carceris evitandi. **Schneidvv.** ad §. fin. 3. de action. n. 16.
(2.) ut bonis debitum agnoscat. l. pen. ff. de cess. bon. con-
fitendo tam in judicio quam extra judicium debitum & interpo-
nendo cautionem, quod, si pervenerit ad meliorem fortunam,
velit

velit superfluum solvere. e. 3. x. desolut. Wes. ad ff. q. bon. ced. poss. n. 5. ibique Dn. Hahn. Hering. in tract. de fidejuss. c. 5. n. 85. Dn. Brunnem. ad l. 1. C. qui bon. ced. poss. (3) ut Creditores omnes convocentur. Carol. de Grass. tr. de exec. c. 17. n. 50. Dn. Hahn. ad Wes. cit. loc. (4) ut omnia bona à cedente indicentur, mediante inventario omnium bonorum & traditione libri rationum. Strauch. de decollator. P. 7. n. 14. vel etiam jurata specificatione. Magn Dn. Struv. Ex 44. tb. 27. Alii plura requisita circa cessionem intervenire afferunt, quos sequitur Dn. Mav. ad jus Lube. lib. 1. tit. 3. art. 1. n. 19. & seq. Videri ea possunt apud Dn. Hahn. ad Wes. cit. tit. 5 num.

S. II.

Bonis ita indicatis debitor Creditoribus ea omnia tam
mobilia quam immobilia, ubi cunque demum locorum sita & re
perta fuerint, cedit. Gl. in l. 1. C. qui bon. ced. poss. ut ne quidem
unus denarius ipsi relinquantur, sed excutiatur usque ad peram &
faccum, prout aliás Dd. loquuntur, exceptis tantummodo vesti
bus quotidianis ne sit carne nudus, cum tales veste non solum
condemnatis ad mortem relinquantur. l. 6. ff. de bon. damn. Sed
nec in obligationem venisse censeantur. l. 6. de pignor. Covarruv.
lib. 2. var. Resolut. e. 2. n. 5. Anton. Monach. in tr. de execut. in
west. c. 2. n. 19. Magn. Dn. Struv. Ex 44. tb. 23. Magn. Dn. Strauch.
Dissert. 28. apb. 14. Per vestem autem quidam non tantum id in
telligunt, quo corpus tegitur, sed & lectum cum suis ornamen
tis & ex rebus mobilibus unam minoris pretii, quod à Carolo
V. Imperat. miserationis gratia concessum refert post Peck. de
jur. sistend. cap. 43. n. 19. Perez. in C. b. t. n. 15. Dn. Hahn. in Observac
ad Wesenb. de Coss. honor. n. 4.

S. 12.

Rectè tamen a Dn. Mav. in theat. contuns. credit. e. 1. tb. 35.
hæc sententia improbat, ut juri communi contraria. Per ve
stem itaque nihil aliud intelligitur quam familiaris, sine qua ne
mo vivere potest. l. 6. & fin. ff. de aliment. legat. non pretiosior,
quam cum aliis rebus Creditoribus conceditur. Gothofr. ad l. 6. ff.
de pignorib. & hypoth. Omnia itaque bona Creditoribus ceden
da sunt, que sc. sunt alicuius propria & in obligationem deduci

pos-

possunt, qualia non sunt bona feudalia & emphyteutica, quamvis illorum commoditas in fructibus consistens vi debiti in satisfactione in cedi possit, pro tempore vita debitoris. arg. l. 8. in ff. de per. & comm. rei vend. Francisc. Curt. Tr. feud. p. 4. n. 95. Dn. Hahn. ad Wesenb. de cess. bonor. d. n. 4. Magn. Dn. Strauch. Diff. 28. lib. 14. item bona fide commisso obnoxia, & debitori cum prohibitione alienationis in testamento relata arg. l. 3. ff. de re jud. quia sunt quasi aliena, & post mortem debitoris ad alios transeunt, unde Creditores iis uti nequeunt, nisi ad vitam debitoris. l. 48. §. 1. de jur. fisc. l. 9. §. 1. locat. l. 12. §. 2. de Usufruct. & l. 69. §. 1. de leg. 2. Idem quoque obtinet in aliis bonis, quorum alienatio & oppignoratio, quæ species alienationis l. ult. C. de reb. alien. non alien. est prohibita. Dn. Hahn. ad Wesenb. cit. loc. Magn. Dn. Struv. Ex 44. lib. 28.

§. 13.

Utrum autem cessio bonorum infamiam irroget, excusione digna videtur queficio? Negativam cum Bachov. ad Treutl. vol. 2. Dup. 24. lib. 4. lit. H. & Magn. Dn. Struv. Ex. 7. lib. 19. tuemur, sc. quod Cessionarius, qui absque sua culpa fortunæ vitiis, puta incendio, rapinâ, naufragio, furto, ruinâ & simili casu ad inopiam & calamitatem fuit redactus, ingenuè profitendo se, non esse solvendo & debitum agnoscendo, planè non laboret infamia. l. n. C. ex quibus. caus. inf. irrog. Wesenb. Parat. ff. de cess. bonor. in fin. talis siquidem debitor commiseratione potius dignus est. l. n. C. ex quib. caus. infam. irrog. quoniam ejusmodi fortuna telis vexatos puniri & iniquum & injustum est, arg. l. Divus Marcus. 14. ff. de Offic. Presid. Et quamvis publicè bona distracta fuerint, tamen ista bonorum venditio non sit cedentis nomine, sed creditorum, & non invito, sed volente cedente. Zoes. ad ff. de Cess. bon. n. 19. Matth. Stephan. ad Nov. 135. Facit præterea huc, quod beneficium perniciosius esse non debeat ipsa causa à qua liberat, videlicet carcerum detentio ob debitum, quæ non infamat. l. 1. & 14. C. ex quib. caus. infam. nequè afflictio afflito addenda, sed ei potius succurrendum est. l. 6. §. fin. ff. de Offic. Pres. l. 8. ff. Mand. Anton. Fab. in Cod. lib. 3. tit. 2. def. 2. n. 3.

§. 14.

§. 14.

Quia tamen non tantum fidem fallere turpe est, verū etiam ignominiosum, bona alicujus propter æs alienum divedi. l. 23. ff. que in fraud. Cred. Hinc nemo inficias ibit, notam quandam & levem maculam cedentem incurrere. Nov. 135. Dn. Hahn. ad Wesenbec. de cess. Bonor. n. 6. Perez. ad Cod. eod. tit. n. 27. Bachov. ad Treutl. d. l. præsertim si modernos mores consideremus, secundum quos pluribus locis contumeliosi ritus circa hanc cessionem sunt recepti. Quapropter in Francia præsentes in judicio, aperto capite & abjectâ Zonâ cedere coguntur. Forner 2. select. 17. Plurima ejusmodi statuta vid. apud Hillig. ad Donell. l. 27. C. 9. lit. HH. & quod tales leges municipales ob abusum decoctorum non temerè latet, censet quoquè ALC. Par. 47. Quoniam itaq; ex dictis patet, non citra ignominiam fieri cessionem. Dn. Struv. Ex. 44. tb. 30. Hinc etiam Justiniano visum fuit, absq; sua culpa fortunæ vitio, utputa belli incendiq; calamitate ad incitas redactis melius prospicere per Nov. 135. c. 1. quod sc. non cogantur bonis cedere, dummodo jurent se non esse solvendo.

§. 15.

De hac Novella, quomodo interpretanda sit, contentionis ferram trahunt Interpretes. Quidam enim iis tantummodo per eam succurri debitoribus ajunt, qui omnes suas facultates fortunæ vitio amiserunt, non vero illis, qui majori bonorum parte deperditæ, hortos, agros, prata aliave adhuc possident bona immobilia, quam restrictionem ex verbis Imperat. trahere videntur: ut is qui in universum ex accidenti &c. atquè putant, quod his verbis eos duntaxat debitores voluerit notatos Imperator, qui in universum res suas amiserunt. Vulgo enim in universum dici quasi omne ad unum versum, hoc est sine aliqua exceptione, Carpz. in Asyl. Debit. c. 4. pos. 69. n. 206. Interpretationem tamen illam rejicit Manz. in parrocin. debit. decad. 2. q. II. n. 39. propterea, quod rerum suarum amissio, ut dicitur in d. Nov. seu abdicatio hæc sit species cessionis, quæ cadere nœquit in depauperatos nihil in bonis habentes, quomodo enim qui bona non habet, ea dimittere poterit? cum privatio præsupponat

D

ponat

ponat habitum, arg. l. Titio. 96. ff. de condit. & demonstr. Ver-
rū enim verò quicquid sit, nos potius illam controversiam
hac vice præterimus, cum alias dicta Nov. usu non recepta
censeatur, teste Petr. Gudel. lib. 4. de jur. noviss. c. 16. Perez. ad
Cod. de Cess. bon. n. 8. Bach. ad Wesenb. eod. Tit. de cess. bon. n. 6.
Magn. Dn. Struv. Ex. 44. tb. 30.

§. 16.

Demum hic notandum, quod Jus Saxonicum non agno-
scat fleibile & miserable illud beneficium cessionis bonorum,
sed penitus excludat, ita ut debitor non solvendo existens,
non obstante quacumque cessione, ad manus creditoris con-
demnetur, cui licet deinceps debitorem vel in compeditibus
vel ad operarum aut servitorum exhibitionem detinere.
Coler de process. execut. p. 1. c. 3. num. 148. & seq. Land. Rechte
lib. 3. art. 30. Weichbild. art. 27. circ. fin. Cujus constitu-
tionis hæc forte ratio esse videtur, quod debitor circa exhibi-
tionem operarum vel servitorum semper existimetur sufficiens,
ideoque non liberetur ab iis per bonorum cessionem. vid. Col.
de process. execut. cit. loc. Sed hæc addictio ad manus creditoris,
licet adhuc Jure communi Saxon. obtineat. Dn. Struv. Ex. 44.
tb. 30. prout etiam in inclita Facultate Jenensi ad consultatio-
nem Præfecti J. in causa G. E. contra I. M. Mens. Nov. anno 1657.
responsum fuit, in verbis: *Das Beklagter / vermöge gemeiner
Sächsisch Rechte die Schuld abzuverdienen/ oder in Wanden und
Gefangenß abzuzahlen/ denen Klägern nicht unbillig an die Hand
gegeben wird. V. R. W. nihilominus tamen Jure Electorali-
Saxonico est abrogata & pena carceris introducta, ut appareat*
ex Nov. Aug. Elect. Sax. p. 2. Const. 22. in verbis. So soll Er
auf Begehren und Ansuchen eines oder mehr der Gläubiger in den
Schuldhurm / so wort in unsern Landen absonderlich darum verord-
nen wollen/ geleget und also lang darinnen verwahrlich enthalten
werden/ bis das er die Gläubiger befriedige/ oder sich sonst mit
ihren guten Wissen und Willen vortrage und absfinde. Und es soll
ihu davon keine Abreitung seiner Güter und cession bonorum/
so er ohne Bevilligung seiner Gläubiger thete oder fürnehme/ noch
ichies anders entledigen/ oder zu befreien haben. &c. & in verb.
So

So wollen wir auch berwegen die Verschung und disposition der
Sächsischen Rechte, nemlich daß der Schuldner dem Gläubiger
an die Hand oder Haifster gegeben werden soll, gänglich abges
than, abrogirt und aufgehoben haben ic. Notandum vero est,
peñam carceris in illis tantummodo locum habere, qui dol
inalo desierunt solvendo esse, non vero qui fortunæ novocan
tis vitio eò redacti sunt. Hos enim beneficio cessionis à tali
peñna se liberare posse, nullum est dubium, ut ulterius apparet
ex 9. fin. allat. Constat. Atquè hæc paulò latius de cesso
ne bonorum monuisse sufficiat.

S. 17.

Ut itaque ad nostrum Beneficiū Competentia reverta
tur, sciendum est, quod ulterius ob commiserationem,
competat filio emancipato, item exheredato, quive
paternâ hereditate abstinuit, si conveniat propter
contractum initum, dum esset adhuc in patriâ potestate. l. 2. ff.
quod cum eo Et c. l. 44. de cession. honor. Cum enim ex contra
etu filiifamilias omne emolumētum patri censeatur accede
re, idè Prætor in filium, qui solutus est patriâ potestate &
patris hæres non effectus, vel tantum in modica parte institu
tus, causâ cognitâ duntaxat in id, quod facere potest, dat actio
nem. d. l. 2. l. 3. l. 4. prin. l. 5. ff. *quod cum eo, qui in alien.*
pot. Oldendorp. de Act. Clas. 4. art. 7. Magn. Dn. Struv. Ex. 20.
tb. 40. Schnob. Disq. ad Pand. 9. tb. 18. quia subsidium vitæ am
plius à patre nullum habet & peculium amisit. l. ult. Quand.
art. d. pec. ann. Accurius quidem contrarium melius fore cre
dit, ut filius fam. in potestate retentus beneficio competentia
fruatur, liberatus autem in solidum teneatur. Sed ratio differen
tia est, ut tradit Dn. D. Beier. *Præceptor meus in hac alma Salan*
nâ bonorum, in Notis suis ad Schnob. Disq. 9. tb. 18. quod Leges
nolint, nimis gravari eum qui cum arbitratu Patris contraxit
eiusque auxilio liberari obligatione potuit, in potestate scil.
retentus, jam sui juris factus sub primordiis statim instituenda
rei familiaris omnibus exuatur subsidiis, ut posthæc nec pu
blica rei, nec familiæ propriæ commodè satis prospicere queat.
Idem quoque in eo locum habere, qui coactus se immiscerit ut

D 2

resti-

restituat hæreditatem, putat Hill. ad Donell. lib. 27. c. 9. lit. q.
per tex. in l. 5. §. ult. quod cum eo &c.

§. 18.

Denique non minus recte ex commiseratione benignitas
hujus beneficij competentia ad omnes debitores calamitos,
belli, incendii, rapinæ vel naufragii calamitate aliove infortu-
niō depauperatos & bonis exutos, extenditur ab Interpretibus.
Vid. Johann. Faber. Jason & alii Dd. ad §. ult. I. de adion. Dn.
Tab. de Presid. Debit. in pr. prefat. Bened. Strach. de Decoll. p. 4.
n. 4. Manz. in Patrocin. Deb. decad. 3. quest. 2. B. Dn. Carpzov.
in Ayl. Deb. c. 4. pos 76. n. 356. & seq. quod etiam non absque
fundamentis urgentissimis statuisse videntur, si perpendatur il-
lud, quod est ab Imperatore Justinian. sancitum in §. ult. Inſt. de
act. dum inquit : *Ex integro in id, quod facere potest debitor,*
creditores experuntur. *Inhumanum enim erat, spoliatum*
fortunis suis insolidum damnari. Nec obſt. quod textus agat,
de debitore qui bonis cœſſit, cui hac exceptione succurrendum
est. Largimur enim hac ambabus manibus, at non propterea alii,
quos non culpa ſed calamitas ad parilem redegit fortē, erunt
exclusi, quippe unius inclusio non est statim alterius exclusio, &
ſi perpendimus generalitatem rationis, illos comprehensos
fateri neceſſum habemus. Nam quid inhumanius eſſet, quam
bellō casive fatali alio spoliatos in solidum damnari? Hinc
nemo inficias ibit, ipſe naturali æquitate ſuadente, textum il-
lum hanc extensionem pati, ne alias quod debitoribus aliis in-
dulatum, calamitate inopinata afflictis contra æquitatem natu-
ralem degenetur; Quapropter etiam eo firmiori praesidium
noſtrum ſtat talō, quo fortius eſt argumentum à ratione legis,
quam ex nudis & ambiguis ipsius verbis deſumtum. l. ſcire. 17. ff.
de LL. t. illud quæſitum. 32. in pr. ff. ad Leg. Aquil. quoniam, ut
inquit Wefenbecius p. 1. Conſil. 50. n. 20. per rationis identita-
tein procedere, non eſt legem extendere ſed enucleare.

§. 19.

Non ergo absurdum eſt, omnes fatali calamitate depau-
peratos privilegiatis debitoribus associare, accedente inpri-
mis Legum moderatrice, æquitate ſc., quam Jacob. Cujac. lib. 9.
queſt:

quest. Papin. ad l. 4. § 3. ff. quod cum eo qui in alieno potest. commo-
tus fuit, invitus quasi in nostram sententiam descendere, cum
inquit; Parcere nos novo patrifamilias & quum est, ut novo
nupto interdum in oneribus civilibus parcimus; quod sic ex-
plicat Tabor. de Präsid. Debit. in prima prefat. Si propterea indul-
geatur debitori, ne novus patrifamilias redigatur ad inopiam, sed
ut is, qui nondum idoneus sibi acquisivit facultates, refocilletur: Cur
non etiam caveamus hominibus per bellum calamitates ita exhaustis,
ut de novo planè rem auspicari cogantur. Et si præjudicis asser-
tum hoc confirmare opus foret, multa sane in promptu essent,
illud nobis hac vice sufficiat, quod scil. Summum Dresdencē
Appellationum Tribunal, et si antehac Nobilibus privilegio
competentia nequaquam succurrendum judicaverit, nunc ta-
men, calamitate belli depauperatos exceptione ne exigatur
ultra, quam facere possint, hanc juvari iniquissimum duxerit,
in causa W. à S. Creditorum contra die S. Lehens Erben /
hinc formalibus pronuncians: Das der Lehens Erben einge-
wande Appellation in den Formalien beständig und zugebühren-
der Erörterung an uns erwachsen. Der Materialen halber er-
scheiner aus den acten und der Parcheyen einbringen allenhalben
so viel / daß zwar die S. Lehens Erben das gesuchte beneficium-
competentia Zeit ihres Lebens aus den verhöffen Gütern zu
fordern nicht befuer. Jedoch wird ihnen bey diesen schweren Zei-
ten zu Mahrheitlicher alimentation auf unserer zu diesem concur-
su geordneten Commissarien Unterhandlung und Ermässigung /
ein gewisses billich aufgesetet; Innassen wir das Urtheil voriger
instanz dahin erläutern / und diese Sache an die Richter derselben
remittieren und weisen. V. R. W.

S. 20.

Hucusque tractavimus, quomodo ob personam rei, cum
qua agitur, competit, id est, quomodo personis generaliter ex
quocunque contractu tribuatur nostrum beneficium. Progre-
diamur nunc & perspiciamus, quomodo ob causam tribuatur,
nempe *Donatori ex causa donationis convento.* l. 12. ff. *de donat.*
§. 38. *Inst. de act.* ibique Harprecht. Schneidev. Vinn. atque
Lüdvv. Hillig. ad *Donell.* lib. 27. c. 9. lit. l. B.Dn. Carpzov. p. 2.
D 3

Confit.

Constit. 32. def. 15. n. 5. Perez. ad Cod. tit. de execut. rei jud. num. 27.
Magn. D. Richter p. 1. *Dec. 23. Magn. Dn. Struv. Eo. 44. ib. 18.*
Magn. Dn. Strauch. Diff. 28. apb. ii. Nam nulla lex, inquit Demostenes in Orat. de Corona, tante in justitiae & inhumanitatis est, ut eum, qui de suo non nihil donavit & rem per humanam liberalitatem fecit, gratiam privet. Merito itaque donatori succurrere debemus, ne alias liberalitate suâ inops fiat. *I. 49. ff. de re jud. adeoque poenam liberalitatis patiatur. I. 62. ff. de Aedit. Edict. contrâ regulam Juris præcipientem, quod nemini liberalitas sua damnoſa eſſe debeat.* Competit autem hoc privilegium Donatori tantum in donatione simplici & propriâ dictâ, arg. *I. 1. ff. de donat.* ſecus eſt in donatione ob cauſam, qua non tam liberalitas, quam permutatio vel remuneratio quedam, eſſe intelligitur. *I. 25. §. 11. ff. de bared. perit. I. 29. §. 1. & ult. ff. de donat.* Schneidv. atque B. Ludv. *ad S. 38. Inst. de Act.* Deinde non aliter Donator hoc beneficio gaudet, quam si ab eo conveniat, cui donavit. Nam si ab alio debitum persequente conveniatur, veluti à Creditore, cui Donatarius Donatorem delegaverat, in solidum condemnabitur. *I. 41. pr. ff. de re jud. I. pen. ff. de Novat.* B. Ludv. *cit. loc.*

S. 21.

Quæritur autem sub fine hujus Clasoris, an ad personas, quibus beneficium Competentia tribuitur, etiam referendi sint Dominus & Vasallus, ut & hi illò gaudeant? Quod affirmat post Duaren. *ad I. 16. ff. de re jud.* B. Ludv. *in Syn. Feud. c. ult. in fin.* Add. Magn. Dn. Strauch, *cit. Diff. 28. apb. ii.* Sed contrarium quoad utrumque defendant Schneidv. *ad S. 38. Inst. de Nupe.* Manz. *in Patrocin. Debit. Dec. 3. quæst. I. n. 37. & seqq.* Confer. Dn. Nicol. *in Proc. Jud. p. 3. c. 5. n. 11.* Dubii demum expers non est quæſtio: Nam ad ius competentia etiam is confugere queat, qui folyere juravit? quod licet propter vim & efficaciam juris-jurandi non concedant Brun. *de Cess. Bonor.* *Quæst. 24. & ali.* Vir tamen acquiescent in Juramento antea præſtitio Debitorum, postea calamitate fatali ad paupertatem redacti, clausulâ rebus sic stantibus, ceu ſcuto, tela juramenti excipientes. Nec enim ad casum fleibilem & insolitum id extendi debet, de quo Debitorum haud

~~6~~
Haud cogitarunt. c. 25. x. de jurejuri. c. x. x. de Renunt. Manz.
in Patroc. Debit. Dec. 3. q. 7. num. 117. B. Dn. Carpzov. in Aſyl.
Debit. c. 4. pos. 77. num. 389.

CLASSIS III. Continet effectus beneficii competentiæ.

S. 1.

Consideratis personis, quibus nostrum beneficium Competentia datur, progredimur ad ejus effectum. Non modo igitur beneficium hoc in eo consistit, ut relinquatur debitoribus ne mendicent, sed ex Pompon. Icti mente aliquid sufficiens ipsi relinquendum est. l. 30. ff. de re judic. nempe ut remaneat illis competens victus, quin & tantum, ne egeant, sed necessaria suppetant sustentationis remedia, quibus adjuti se ipsos re-colligere & novas facultates acquirere possint. Hartmann. Hartmann. lib. 2. tit. 18. Obs. 2. n. 3. Joh. Schneidvv. ad S. 36. n. 5. II. de action. Brühn. de Cess. hon. q. 24. cumque verbo victus continentur, quæ esui & potui quæquæ ad vivendum homini sunt necessaria. l. 34. de V. S. satis inde liquet, quod utique debitoribus calamitosis sint relinquenda vestimenta, lecti, stramenta & habitatio, sine quibus nec vivere, nec alere nos possumus. l. 44. ff. de V. S. l. 6. de aliis. & cibar. legat. Quia verò non omnes Debitori ejusdem indifferenter sunt qualitatis, nec similes & aequales semper occurrent circumstantia, ius competitia ita temperandum, ut cujuscunquam debitoris conditionis tam quoad statum & ætatem, quam quoad facultates convenient. In primis computatio alimentorum fieri debet secundum Debitoris qualitatem & honestatem. B. Dn. Carpzov. in Aſyl. debit. c. 4. pos. 75. n. 329.

S. 2.

Ut autem Ordine progrediamur, in definiendo victu & alimentis tria erunt consideranda. (1.) facultas & quantitas patrimonii debitoris, an amplius, an verò angustum sit respectu æris alieni, in quo tenetur creditor; Illo calu in solidum sit executio.

B. Dn.

B. Dn. Carpzov. p. 1. *Conf. 32. def. 16. n. 11.* non obstante, quod ea ratione deinceps cum minori splendore vitam suam transfigat, quam ut hactenus fecit, salvâ adhuc omnium facultatum substantiâ. Dn. Carpz. in *Ayl. Deb. d. pos 75.* Hoc verò si ex eo, quod post solidi satisfactionem supereft, debitor vix necessaria salva non habeat, pro modo facultatum fieri debet deductio, *arg. l. 13. §. 12. de admin. tut. l. 69. §. 4. de j. D.* Specialiter hic circa Donatorem observandum, quod in id tantum quod facere potest condemnetur, deducto ære alieno (secus est in aliis Debitoribus. *l. 19. §. 1. de re jud.*) hoc est æs alienum, quod debet aliis creditoribus, prius deducit & deinde ipsis etiam habetur ratio, ne egeat & alimentis careat. Ex gr. Habet quis mille in bonis, præter id quod ipsis ad viictum sufficit, sed ea mille solida debet. Si jam donator est, nulla ex parte condemnabitur ei, à quo ex donationis causa convenitur. Deducit enim primum æs alienum, deinde etiam quod necesse est ad viictum, quibus deductis nihil amplius remanet in bonis; Alius debitor verò si conveniat & ea quantitas auctori sufficiat, licet eandem aliis debeat, tamen in solidum condemnabitur, quia his non deductis supereft ei quod ad viictum sufficit. Differentia ratio est quod pinguius donatori succurrerere debeamus, quam ei qui verum debitum solvere compellitur. *l. 48. in fin. ff. de re jud.* ne liberalitate suâ inops fiat *l. seq. eod.* Injustitiam quoquā saperet, si causa lucrativa potior esset onerosâ, & sola donatarii captiosa prævention excluderet eos, qui de damno vitando sunt solliciti. Vultej. *ad §. 36. I. de act. n. 9.* Et hoc esse receptum in Batavia, testatur Vinn. *ad §. 38. Inst. de act. quamvis in Gallia non observetur. Bugn. de LL. abrog. lib. 1. satyr. 12.*

§. 3.

In definiendis alimentis & viictu consideranda venit (2.) *Conditio, qualitas & honestas debitoris.* nobilis sit an ignobilis & plebejæ conditionis, cum Nobilis aliusve in dignitate positus lautoribus & delicatioribus esculentis ac poculentis vesci consueverit, quam Rusticus, cui pro viictu quotidiano sufficit, panis & cepe cum cafeo, secundum Wesenb. *part. 1. Conf. 50. num. 20. & 21.* Sic etiam Nobilis ac in dignitate aliqua constitutus

ius honestius est exhibendus; quoad vestimenta aliaquæ ad su-
stentationem pariter & ornatum honestum necessaria, ita ta-
men ut non ad fastum & luxum præteriorum annorum, con-
suetudinem pristinam, aut quomodo alias debitores hactenus
vixerint sequi ornaverint, sed quomodo decenter in convictu &
vestitu sese gerere debuissent, respectus habeatur. Coler de
Proc. Execut. p. 2. c. 3. n. 122. & Manz. in patrocin. debit. decado
3. quest. 3. & 4. ubi insimul notat, in deductione ne egeat, Nobili
& Doctori inter cætera relinquendum esse torquem aureum.
Si verò Princeps vel Magistratus conveniatur, tunc in deductio-
ne, ne egeant, tantum illis ex redditibus ordinariis aut extraor-
dinariis, si ordinarii reditus deficiant, relinquere debet, quantum
necessarium est tum ad honorabilem illorum victimum, vestitum
& comitatum statui & dignitatí convenientem, tum etiam ad
stipendia illorum quorum opera indigent, puta Consiliar. Se-
cretar. Scribar. &c. uti tradit Manz. d. decad. 3. n. 131. & seqq. We-
senb. p. 1. Consil. 50. n. 19. quamvis hodiè, facilitate convenienti
& exequendi quoad hasce personas plerumque cessante, inanis &
otiosa videatur hæc Disceptatio, uti monet Dn. Nicol. in Proc.
Jud. p. 3. c. 5. n. 19.

S. 4.

Nequè solùm uti jam dictum Debitoris, sed etiam libe-
ratorum & familia ejus ratio habenda est. Privilegium enim
personis enarratis concessum, intelligitur etiam familiae indul-
tum, uti docet Dn. Carpz. part. 1. conf. 32. defin. 17. n. 4. Add.
Magn. Dn. Richter/ p. 1. Decis. 24. num. 10. cum pars corporis
affectione habeantur uxor & liberi, per l. 5. §. non tantum 12. ff.
de agnosc. & alend. liber. & alias quæ alimentorum loco marito
dantur, etiam uxori coimperant. l. 2. & 6. ff. de usu & habit. Ideo-
quæ relicta marito habitatione, non ipse solus, verum etiam
cum uxore & familia sua ades inhabitare potest. l. 2. ff. de usu
& habit. Carpz. in Asyl. Debit. c. 4. pos. 71. n. 328. Procedit
autem hæc assertio tum demum, si debitor nequeat sine fa-
milia honestè vivere. Magn. D. Richter/ d. Decis. 24. num. 10. ac
præterea ii, qui de familiâ sunt, aliunde puta ex dote, bonis ca-
strensis vel adventitiis, in quibus Patri ususfructus non ac-

E

qui-

quiritur, vel ex operis suis non habeant, unde vivant. Wesenb.
p. i. Consil. n. 22. Manz. in patrocin. debit. decad. 3. quest. 5. Dn.
Carpzov. in Asyl. Debit. c. 4. pos. 75. n. 326.

§. 5.

Deñum (3) circa determinationem beneficij Competentia etiam Judex rationem temporis, ætatis atque virium Debitorum habere debet, utrum sc. sint senes, valetudinarii vel juvenes. Nec enim deductio vel retentio alimentorum fit pro unicō tantum anno, sed pro totius vita tempore. Schneidev. ad §. 36. Inst. de Ad. n. 7. Hinc semper augenda alimenta, secundum quod augetur ætas & conditio alimentarii; Ac in genere computationem intuitu ætatis, juxta formam ab Ulpiano præscriptam in l. hereditatem 68. ff. ad Leg. Falcid. instituendam esse, suadent Dd. quod ita explicat Matth. Coler. de Process. Executiv. p. 2. c. 3. n. 124. ut si debitor infra viginti sit annos, computatio facienda ad alios triginta annos, quapropter si Judex arbitratus fuerit, pro alimentatione alicujus rusticis sufficieturos ipsi annuatim 20. floreros, tot bona, quorum pretium ascendat ad decies triginta, hoc est, ad trecentos floreros, ab executione deducenda esse.

§. 6.

Probè tamen hic observandum est, quod in deductione alimentorum non proprietas patrimonii, quanti id valet, sed quantum ex fructibus percipiatur, inspici debeat. l. 6. ff. decess. bonor. in quo passu non minus ac in toto hoc moderationis articulo arbitrium judicis, ex circumstantiis loci ac temporis, nec non qualitate personarum informatum, nequaquam exclusum volumus. B. Dn. Carpzov. in Asyl. Deb. c. 4. pos. 75. num. 338. add. Coler. cit. c. 3. n. 125. Ubi satius esse afferit, si ipse debitor separetur cum certis bonis, quia ad vitam suam obtineat, fructus inde percipiendo, devoluturus eadem post mortem denuo in Creditorem pro quantitate liquidati debiti. Atquè hoc etiam consuetudine horum locorum observari ibi testatur, ita ut privilegiato debitori ex certis bonis constituantur annuatim suum demensum, post cuius mortem ea bona rursum Creditoribus applicantur. Quod tamen catenus locum habet, si quoad

quoad vitæ necessaria sibi plane prospicere nequeat. Magn. Dn.
Strauch. D. 28. apb. II. Secus verò est, si illi suppetat aliquid,
etiam artificium quoddam, unde victum habere possit, quo ca-
su minora sunt constituenta alimenta, quia deducuntur opere
artificii. arg. I. 5. §. 7. de agn. & al. lib. Schneidevv. ad §. 36. J. de
action. Hinc cuilibet ea bona, quibus quoad victum quarendum
pro artificii qualitate eget, relinquenda sunt, veluti Doctori li-
bri, juxta Bl. in rubr. Cod. qui bon. ced. pos. n. 1. Mili. verò ar-
ma & equi, quibus pro defensione Reipublic. utitur.

S. 7.

Constituto autem sic congruo pro alimentis, non statim
Debitores à debito excurrente liberantur, sed si hoc præstan-
tissimo praefidio uti velint, ad instantiam Creditorum etiam
cautionem possibili modo præstare tenentur, quod post redi-
tum ad meliorem fortunam solidum & residuum debitum sol-
vere velint, quoniam beneficium competentiæ non penitus
liberat debitores ab executione residui, sed tali onere eos re-
linquit gravatos. I. un. §. 7. C. de rei uxor. act. I. 63. §. 4. pro soci
I. 47. §. fin. de pecul. I. 8. C. sol. matrimon. Freier. in Tract. de
Solut. c. 9. n. 72. Dn. Carpzov. in Asyl. Deb. cit. c. 4. pos. 77. n. 386.
Magn. Dn. Struv. Ex. 44. tb. 19. Quapropter hoc privilegium
eousque Debitoribus modernis competit, quo usque ad pinguiorem
fortunam pervenerint, nam adveniente meliori for-
tunâ & acquisitis amplioribus facultatibus, etiam prædictum
beneficium plane cessat, & debitum residuum omnino solvere
tenentur, secundum Schneidevv. ad §. 36. Inst. de Act. n. 9. Zan-
ger. de Except. p. 2. c. 15. n. 7. & seqq. Hinc Dd. rectè conclu-
dunt, exceptionem hanc competentiæ non esse peremptoriæ
sed dilatoriam saltem, quæ actionem non perimit, sed solum-
modo differt executionem & executionem solidi ad tempus, do-
nec debitor pervenerit ad pinguiorem fortunam. Zang. de Ex-
cept. p. 2. c. 15. n. 5. cum seqq. Hunn. in Encycl. jur. p. 2. tit. 29.
c. 3. n. 7. Dn. Mæv. in Levam. Discuss. Inop. Debitor. c. 4. seqq. 7.
n. 10. & seqq. ubi n. 12. addit prædictam exceptionem dilatoriam
saltem esse actionis atque solutionis, quoad processum tamen
pro perpetuâ haberit. Cuinam autem hoc in casu probatio

melioris fortunæ & accessionis facultatum incumbat, debitori
an creditoribus, & quales probationes requirantur, late & fu-
sius tradit Manz. in patrocin. debtor. decad. 4. q. 7. & 8. Dn.
Mæv. d. tr. c. 8. n. 80. & seqq. qui Creditoribus onus probandi
melioram fortunam regulariter incumbere, ac leviores etiam
probationes & presumptiones verisimilitudine nitentes loco
probationum admitti debere, statunt, simulquæ quam plurima
indicia pinguioris fortunæ referunt.

CLASSIS IV.

Continet causas, ob quas cessat jus competentiarum.

S. I.

Hucusq; perspeximus: quam clara ipsis Legum Conditoribus:
amicitia fuerit, cuius proprium est non omne id, quod de-
betur, exigere, sed id tantum exposcere, quod à Debitore sal-
vis alimentis præstari potest. Hill. ad Don. l. 27. c. 9. lit. C nec
non personas & causas perlustravimus, quibus & ob quas leges
ex æquitate per hoc præstantissimum præsidium succurrere vo-
luerunt, cum vero sæpius æquitas denegationem hujus benefi-
cii suadeat, quippe plurimis casibus iniquum est, subvenire cum
aliquo creditori un dispendio debitoribus quamvis calamitosis,
ideo non minus progredimur ad causas, quibus cessat privile-
gium hoc saluberrimum, quæ vel Generales vel Speciales sunt, ad
quasdam personas: tantum pertinentes.

S. II.

Denegatur ergo (i.) hoc beneficium interdum marito, qui
licet eidem non possit renunciare. l. 14. §. 1. ff. de rei uxori. act. fa-
cto tamen se reddere potest indignum, si vel ob delictum con-
veniatur, veluti reruin amotarum, aut propter adulterium. l. si
reruro 52. ff. de re judic. Monach. in pract. judic. p. 18. c. 4. n. 23.
Hunn. in Encyclop. jur. p. 2. tit. 29. c. 2. n. 16. Vcl etiam si dolose
in fraudem uxoris dilapidaverit sua bona, ne dotem restituere
integralm cogatur. l. 18. §. 1. sol. matrim. l. non tantum 20. ff. de re
judic. Idem obtinet, si matitus alteri quam uxori dotem resti-
tuere

tuere promiserit. Nam ille extraneus, cui facta fuit pr^omisiō, potest in solidum convenire maritum; nec ei, cui delegatio facta five ex causa lucrativa seu onerosa, obstat competentia exceptio, juxta l. 41. pr. ff. de re jud. Et licet hoc Pauli assertum destruere videatur Julian. in l. 32. ff. sol. matrim, ubi marito concedit hanc exceptionem contra eum, qui per mulierem delegatus est. Hanc tamen antinomiam per distinctionem componendam esse recte censet, post Gl. ad d. 1. 37. Brun. de Cess. Bonorum q. 20. Hinc multo magis hoc beneficium competentia cessabit, si extraneus contra maritum agat, qui dotem pro muliere dedidit, eamquē sibi reddi stipulatus est. Harprecht. ad §. 37. Inst. de Aet. n. 11. Porro si uxor actione reali rem dotalē petat, locum huic beneficio non esse, putat Zcessius ad d. 1. 12. n. 10. quem sequitur Brun. de Cess. Bon. Q. 20. & quius tamen est maritum audiendum esse, praesertim si nulla alia bona habeat, Zanger. de Except. p. 2. c. 15. Quæritur autem, quid obtineat in marito putativo, cum quō matrimonium, ob cognitionem aliud, impedimentum non constens, fuit contra dictum; & illi beneficium competit? Respondeatur quod non. l. 42. §. 1. sol. matrim. c. 1. x. de Don. inter vir. & uxor. atquē hanc negativam tinentur Zaf. ad l. 12. ff. sol. matr. Hillig. ad Donell. lib. 27. c. 9. lit. F. Fachin. lib. 101. Contrav. c. 30.

S. 2. De jure patrum & filiorum

(2) Denegatur hoc beneficium Socero Mariti, si vel soluto matrimonio conveniatur; ita ut tunc in solidum teneatur, juxta l. 22. pr. ff. de re jud. Magn. Dn. Struv. Ex. 10. lib. 54. vel etiam si dolose egerit & sciens prudensque majorem facultatibus datum promiserit, ut h. m. generum ad ducendam filiam inducat. l. pen. ff. de jure dot. Amittit enim privilegium, quai in privilegium committit. Gothofred. in not. ad l. 22. ff. de re judic. Et dulus suus nemini debet patrocinari. l. 1. princ. ff. de dol. mal. & met. except. c. 15. x. de Rescript. (3) Hoc beneficium non competit Donatori, si ex alia quam donationis causâ conveniatur, vel etiam conveniatur ex donatione, quae sit ob causam, quoniam in hoc solidum quod petitur est præstandum. l. 19. §. 1. & §. fin. ff. de donat. qualis est donatio remuneratoria, quæ propriè non est donatio.

E 3 sed.

sed potius quadam remuneratio & beneficii permutatio, seu
compensatio. l. sed ersi. 21. §. 11. ff. de petit. hered. Schneidev. ad
§. 38. Inst. de act. n. 6. Ludv. ibid. Idem juris est, si rei donatae
possessio ad manus donatoris pervenerit, & Donatarius rei vindica-
tione ad rem donataam recuperandam contra donatorem
agere velit. l. 41. §. 1 de re jud. Nam rei vindicatione non
convenitur ut donator, sed potius ut possessor, nequè donatio-
nis mentio sit in petitione. Hill. ad Donell. lib. 27. c. 9. litt. nn.
ubi hoc latius tractat. (4) Non datur hoc beneficium Socio, si
negaverit se socium esse ejus, à quo convenitur, aut dolum vel
latam culpam in societate commiserit, secundum l. 63. in fin. ff.
pro soc. l. 22. §. 1. ff. de re judic. Zang. de Except. p. 2. c. 15. num. 54.
Manz. in Patrocin. Debitor. decad. 3. q. 7. n. 48. Monach. in pmst.
judic. p. 18. c. 4. n. 32. (5) Non potest frui hoc beneficio filius, si
dixerit & mentitus fuerit, se esse Patrem fam. l. 4. §. 1. ff. quod cum
eo, qui in alien. quia negando fundamentum privilegii, reddit se
privilegio indignum. Bart. Jaf. Castren. & alii ad l. 22. §. 1. C.
de repud. Du. Brunnen. ad l. 2. C. quod cum eo, qui in alien. ubi
plures casus, quibus ratione filii hoc beneficium cessat, recenset.
Hæc de causis specialibus sufficient.

§. 3.

Ordinis ratio suadet, ut e. h. sicutantur generales, quæ omni-
bus fermè personis privilegiatis, nec non aliis debitoribus com-
munes sunt, atquè hoc beneficium noti excludunt, inter
quas (1) occurrit inopia Actoris. Si enim Actor, quæ inops
sit atque reus, illiquæ non suppetat unde se alat, vel etiam ipse-
met egestate prematur, tunc non juvabitur reus hoc præsidio,
quoniam pauperi contra æquæ pauperem non succurritur, se-
cundum Hillig. in Donell. Enuci. l. 27. c. 9. lit. oo. Coler. de Pro-
cess. Execut. p. 2. c. 3. n. 125. Hunn. in Encyclop. part. 2. tit. 39. cap.
2. n. 48. Ferendum siquidem non est, ut in pari paupertatis cau-
sa melior sit conditio Debitoris quam Creditoris. l. 12. §. item
quor. 6. ff. de minor. vel ut privilegiatus utatur suo jure contra
privilegiatum. l. sed & milites. 8. ff. de Excus. Tut. vel Cum. l. 12.
§. & ideo. i. C. qui pot. in pign. Joseph. Ludov. Dec. Perus. 3. n. 18.
& 21, quin potius tali casu æquius erit debitorem indigere, quam
cre-

#

7.

creditorum carere necessariis. Zaf. ad l. 12. & seqq. solut. m.
trim. n. 20. Coler. de Proc. Exec. p. 2. cap. 3. n. 111. Vinn. ad S. 40. I.
de action. num. 2. quia creditor de daimno vitando; ne patiatur
diminutionem sui patrimonii. l. 3. ff. de dann. infect. E contra-
verò debitor de captando lucro certat, ut ita durum sit ac cru-
delitati proximum, in necessitate creditis quem suis privare;
quibus alter nutriatur. arg. l. Preses. 6. C. de servit. & aqu. contra
regulam, quod ordinata charitas incipiat à se ipsa. vid. Coler.
d. l. n. 126. Atquè hæc opinio communis est, per ea quæ testan-
tur Dd. Vid. Magn Dn. Strauch. Diff. 28. apb. 12. Ab illa tamen
recedit Manz. in Patrocin. Debit. dec. 3. q. 6. propter generalita-
tem privilegii nostri, ne aliás cum tempore belli Debitorum pa-
riter ac Creditorum plerumque eodem affligantur infortuniō,
eandemque patientur bonorum suorum jacturam, privilegium
competentiae penitus in fumum abeat, & conditio creditoris
qui partes actoris sustinet, favorabilior sit forte rei Debitoris,
contra jus commune, quod reis magis favet quam actori. l. 127.
ff. de R. J. l. 47. ff. de Obl. & Aft. Quapropter etiam B. Dn. Carp-
zov. in Asyl. Debitor. c. 4. posit. 77. n. 385. afferit, quod in pari
calamitatis causā id, quod Debitori residuum est, inter ipsum
& creditorem sit dividendum atquè communibus alimentis
applicandum.

§. 4.

Deinde causa generalis impediens hoc beneficium vide-
tur esse Renunciatio, si beneficio huic competentia per pactum
expressū & formaliter fuerit renunciatum à debitore. arg. l. 24.
Erum. 46. ff. de pactu l. pen. C. eod. tit. Remittentibus enim jura
sua; ad eadem regressus permittendus non est. l. 14. §. 9. ff. de Edi-
lit. Edit. quod ipsum tamen Dd. saltem concedunt in personis,
qua sanguinis & reverentia ratione non sunt conjunctæ, puta
focio, donatore, bonis cedente & similibus enumeratis; Ubi
autem beneficium competentia conceditur vel ob personæ de-
bitoris divino & humano jure debitam reverentiam, vel ob vin-
culum & jus sanguinis, vel ex pietate officii, vel etiam si ad jus
tertii pertineat renunciatio, tunc illa, juramento licet facta, non
valebit, per l. 14. §. 1. ff. solut. matrimon. Coler de Process. execut.

8. 2.

p. 2. c. 3. n. 127. & seqq. Hillig. d. l. 27. c. 9. lit. z. ubi afferit, quod talis renunciatio bonis moribus adverfa sit, nempe misericordia, charitati & affectui humanitatis. Accedit, quod tales personæ sibi invicem sint instar parentum & liberorum. l. quia parentis. 17. sol. matrim. Coler de Process. Execut. p. 2. c. 3. n. 127. Jam certum est, quod jus sanguinis, tanquam publicum, pactis privatorum tolli nequeat. §. pen. J. de J. N. G. &c. l. 7. §. 16. l. 14. de part. Confer. Mæv. in Discuss. levam. inop. deb. c. 9. n. 45. B. Dn. Carpzov. p. 1. Conf. 32. def. 19. Dn. Nicol. in Proc. Jud. p. 3. c. J. n. 23.

S. 5.

(3.) Cessat propter opulentia supervenientiam. Adveniente enim meliori fortuna & acquisitis amplioribus facultibus, talibus sc. quibus Judex moveri potest, etiam beneficium planè cessat & debitum residuum omnino solvere tenentur debitores, Schneidew. ad §. præterea. 31. J. de action. Zang. de Except. p. 2. c. 15. num. 7. & seqq. Hillig. ad Don. l. 27. c. 9. lit. rr. Hunn. in Encyclop. jur. p. 2. tit. 29. cap. 3. num. 67. Manz. in patrocin. debtor. Dec. I. q. 5. n. 91. & 92. Mæv. in Discuss. levam. inop. debtor. c. 8. n. 70. & seqq. quoniam causa hujus beneficii est inopia & miseria debitorum: Sublatâ itaque causâ tollitur effectus, & ex quo hoc desinit, integrum est creditoribus, in solidum debitores convenire, si quidem beneficium competentiæ non penitus liberat debitores ab executione residui, sed hoc onere eos relinquit gravatos, ut si pervenerint ad pinguiorem fortunam restituere id teneantur, habitâ semper deductionis ratione, ne egeant. vid. Joh. Schnedvv. ad §. sunt præterea. 36. I. de action. n. 9. Hartman. Hartmanni lib. 2. Observ. Tit. 18. num. 8. B. Dn. Carpz. in Asyl. Debit. c. 4. posir. 77. n. 387.

S. 6.

Cessat quoque (4.) hoc præsidium ob abusum. Jura enim, quæ illud indulgent, sic permittunt, ut recte & honeste eō, qui opus habent, utantur: adeoque in tantum abusum dominant, ut ob eum abentes jure suo privare velint. §. fin. I. de bu. qui sui vel al. jur. Hinc illi non subveniuntur neq; est audiendus, qui, cum ex artificio suo se alere possit, ad beneficium deductionis, ne egeat, con-

#

7.

convolare audet, ut deinceps sibi vacatio contingat à laboribus & exercitio sui artificii, isto enim casu frueretur bonis alieno labore partis. Jason. in §. item si de dote. 38. Inst. de act. n. 7. efficeretur ex laborioso & industrio artifice locius validorum mendicantium. contra I.I. C. de valid. mendic. lib. 10. & retraheretur ad otium & segnitiem, quæ ut plurimum causatur vitiæ & alios illicitos actus Nov. 80. c. 5. §. 1.

§. 7.

Ulterius (5.) hōc levamine gaudere nequeunt debitores, si convenientur ex delicto dolove suo, pen. text. expr. in l. 22. §. 1. l. si rerum. 52. ff. de re judit. & arg. l. si quis dolo. 51. ff. cod. l. 21. §. ult. ff. de act. rer. amotar. velut si bona sua dolosè in fraudem, creditorum alienarunt. Covarr. l. 2. var. resol. c. 1. n. 8. vel dolo aut latâ culpâ, quæ dolo æquiparatur, efficerunt, quo minus solidum facere aut exsolvere possint. Zang. de except. p. 2. c. 15. n. 37. Manz. decad. 3. q. 7. num. 13. & seqq. item si alterum dolosè ad contrahendum induxerunt, aut debita dolosè contraxerunt, animô ac intentione beneficium hoc opponendi. l. pen. ff. de jur. dot. Manz. dec. 3. q. 7. n. 21. & seqq. jung. Umm. Disp. ad Process. 23. tb. 5. n. 27. ubi excipit Parentes & Patronos ejusque liberos, propter l. 5. l. 7. §. 2. & l. 9. ff. de obseq. parent. & patron. praestand. Hillig. ad Donell. lib. 27. c. 9. lit. a a. Cūm & alias actione famosâ pulsari nequeant. l. 11. §. 1. ff. de dol. Magn. Dn. Struv. Ex. 8. tb. 37. Ethinc etiam expeditum est, quod Decoctores improbi, Falliti, Banceruptores: Muhltwiltige Banckerothierer/ Lentbertriger / hoc beneficio competentia non juventur. l. fin. ff. quæ in fraud. Creditor. nec etiam reliquis beneficiis, quibus alias calamitosis debitoribus succurritur, gaudent; vid. lat. Heig. p. 1. q. 35. n. 44. & seqq. Manz. in Patrocin. debitor. decad. 2. q. 8. n. 37. Max. in discuss. levam. inop. debitor. c. 5. n. 71. & seqq.

§. 8.

(6) Ad hoc beneficium competentia admitti haud debent illi Debtores, quibus alias competit, si cavere nolint, pignoribus sc. aut fidejussoribus, quando habere possunt, vel etiam in defectum illorum juratoria, aut nuda promissione. Magn. Dn. Strauch. ad π. D. 28. apb. 2. actoribus de integra solutione

F

fa-

facienda, cùm ad meliorem pervenerit fortunam. *per l. unic.*
§. 7. C. de rei uxor. att. l. 63. §. 4. ff. pro Soc. Hill. ad Donell. Encl.
l. 27. C. 9. lit. rr. sic etiam (7.) cessare ajunt exceptionem com-
petentia, si debitor calamitosus calamitate sc. belli depaupe-
ratus, aut aliò fatali casu ad incitas redactus, post infortunium
transegerit de novo cum suis creditoribus, vel solutionem-
particularē vel plenam satisfactionem certo quodam tempo-
re promittendo. arg. l. 3. C. de bon. autor. jud. possid. Schneidev.
ad §. ult. Inst. de Att. n. 3. Manz. in patroc. debiti. decad. 3. q. 7. n. 148.
& seq. B. Dn. Carpz. in Asyl. debitor. posit. 77. n. 391. & seq.

§. 9.

Denique tollitur (8) quoque hoc beneficium per mortem Debitoris, mors enim omnia extinguit. *Nov. 22. c. 20. l. 3. C. si reus*
vel accus. mort. qua propter privilegium deductionis, quod debi-
toribus privilegiatis competit, & ad eorum liberos ac familiam,
uti superius demonstratum, extenditur, saltem locum habet
quoad illorum vitam; Illis verò mortuis jure successionis non
transfertur ad hæredes. Magn. Dn. Richter/ p. 1. decif. 24. n. 11.
Ut ita post ultima fata non habeatur defunctorum ratio, quo-
niā non amplius eagent, mortem enim esse optatissimum per-
fugium ærumnosæ vitæ, portum miserorum & effugium mis-
eriarum, Artabanus apud Herodotum inquit; Cessante ergo ra-
tione beneficii, quæ est indigentia vietus & amictus. *Nov. 135.*
c. 1. qui cum vita finiuntur l. 8. §. 10. ff. de transact. l. 57. §. 1. ff. de
usufr. l. 3. l. 14. pr. de alim. leg. cessat quoquè beneficium, præter-
quam, quod Christianâ sepulturâ & honestâ memoriam sint con-
decorandi & persequendi Debtores, quæ duo humanitatis officia
ipsa æquitas suadet, ne maneant inhumati, quo referri po-
terit Ulp. responsum l. 38. ff. de religios. & sumpt. fun. cum inquit:
Officium est Presidis, providere, ne corpora aut ossa mortuorum deti-
neantur, neve quis prohibeatur, quo minus via publica cadaver
transferre aut sepelire possit.

§. 10.

Quia itaque livor post fata quiescit, æquitas non permit-
tit aliquid acerbi in defunctos evomere, quare mortuorum ca-
davera debiti nomine detinere aut horum sepulture impedi-
men-

#

F.

mentum inferre non licet. *Nov. 15. c. 5. § 1.* Solebant quidem olim Creditores avari & impii ne moribundis quidem debitoribus parcere, nec à Defunctis vim cohibere. Nam ædes lethaliiter decumbentium ingrediebantur & signacula bonis sine autoritate judicis imponebant, immò defunctos sepeliri prohibebant, usquè dum suum consecuti fuissent aut hæres pignora vel fidejussores dedisset. Sed cum hoc cum impietate & contemptu religionis coniunctum esset, ideo prohibitum *l. 3. §. 4 ff. de sepulcr. violat.* & quidem iuâ poenâ 50. librarum auri. *l. ult. c. de sepulcr. violat.* Quin etiam Justinianus *Nov. 60.* constituit, ut Creditores isti jus crediti amitterent, tertia parte bonorum, cessante poenâ 50. librarum auri, multarentur, infamia no-tarentur & hæredibus defuncti tali injuriâ affectis aliud tantumdem præstare cogerentur. Quâ de re Covarruv. *lib. 2. Resol. c. 1. n. 10.* Rittershus. in *Novell. p. 13. c. 6. n. 5.* Gail. *de Arrest. c. 11. n. 28.* Dn. Mæv. *de Arrest. c. 8. n. 125. & seq.* Dn. Brunneim. *ad l. fin. c. de sepulcr. violat.* Magn. Dn. Struv. *Ex. 15. tb. 83.*

§. 11.

Consideratae hæc tenus sunt personæ Principales, quibus competit vel non competit hoc Beneficium, restat, ut corondis loco agamus de personis minùs principalibus, quales sunt heredes, fidejussores, & defensores. Queritur itaque an, in heredem, quoniam alias succedit in universum jus defuncti; *l. nibil. 24. ff. de verb signif. transeat hoc beneficium?* Quod negatur propter *l. 24. § 1. l. 25. ff. de re judic.* Accedit quod beneficium hoc sit personale, non causa sed persona cohærens, atque in solius debitoris favorem introductum, quare personam ejus egredi haut debet. B. Dn. Carpz. in *Aysl. Debit. c. 4. pos. 77. n. 394.* Zang. *de except. part. 2. cap. 15. n. 21.* Aliud est, si hæres uti vult beneficio competentia non ex defuncti, sed sua persona, puta si ipse calamitates & miserias sustinuerit, & fortunis suis spoliatus esset. Manz. cit. dec. 3. q. 10. n. 28. Excipitur præterea, actio dotis, qua si filius, qui simul est mulieris filius, conveniatur, ex æquitate hoc beneficio fruatur. *l. 18 ff. solut. matrim.* Distinguunt quidem circa d. *l. 18.* Gothoffr. in notis inter heredem suum & extraneum, propterea tamen notatur ab Harpr. *ad §. 37.*

1. de actione in pr. quod itaque in d. l. 18. fruatur hoc beneficio filius, non tam jure hereditatis, quam jure filiationis. Zang. d. p. 2. c. 15. n. 45. cum seqq. Nam filius in hujus l. 18. facti specie simul est mulieris filius, quapropter etiam, uti jam dictum, ex aequitate eodem beneficio gaudet, Magn. Dn. Struv. Ex. 30. t. b. 54.

§. 12.

Ex dictis jam porrò fluit, quod nec fidejussori hoc nostrum beneficium tribuatur. l. 24. §. 2. ff. de re jud. idque ob eandem rationem, quoniam enim per hoc fiat, ut nec debitori hoc beneficium proficit, quoniam Fidejussor totum quod prestitit, à Principali repete potest, tamen hoc nec iniquum aut absurdum est, quoniam relatio, quæ est inter creditorem & debitorem principalem, & propter quam beneficium hoc tribuitur, non est inter creditorem & fidejussorem, nec rursus inter hunc & debitorem principalem; Quid quod debitor dando fidejusserem tacitè exceptioni competentiæ renunciare videatur, hic enim fidejussionis finis est, ut creditores sibi prospiciant in casum, quo contigerit deficere Principalem, sicque in omnem eventum ipsis cautum sit. §. ult. l. de replicat. Licet autem jure novo reus Principalis prius conveniri & excuti debeat, quam ad fidejussores perveniat: tamen quod creditor à reo consequi non potuit, rectè exiget à fidejussore: quoniam eodem jure non electione, & litis contestatione, sed demum solutione obligatio perimitur. l. ult. c. de fidejuss. ibique Dn. Brunnenm. Don. ad l. 24. ff. de re judic.

§. 13.

Alia planè causa est fidejussoris, qui factus est procurator Rei principalis & ejus defensionem suscepit, quoniam non ut fidejussor ex propriâ conventione, sed ex obligatione Principalis convenitur. B. Dn. Carpz. in Asyl. debit. c. 4. positi. 77. n. 395. Brun. de cess. q. 25. Defensoris enim in omnibus rebus eadem causa esse debet, quæ Domini esset, si cum ipso ageretur. l. 14. solut. matrim. l. 63. §. 1. profec. l. 51. §. 1. de proc. Non enim Defensor sibi exceptione uititur, sed ei quem defendit, qui sub ejus persona defenditur, & sub cuius nomine ipse oppugnatur & damnatur Hill. ad Donell. l. 27. C. 9. lit. X. At fidejussor, de quo

in th. anteced. diximus, proprio hominē convenitur ex sua obligatione. 112. C. de fidej. quoniam igitur solidum solvere promisit, in id totum damnatur, nisi ipsem̄ calamitate belli vel casu fatali alio desierit esse solvendo. Eō enim casu non minus illi quam prædictis debitoribus calamitosis ad incitas redactis hoc beneficium competit. Zang. de Except. p. 2. c. 15. n. 21. Meier. in Colleg. Argentor. tit. de re jud. th. 35. n. 15. Hering. de fidejusser. p. 4. c. 27. n. 80. Wilhelm. Anton. de Rescript. Monat. Concl. 66. n. 15.

Et tantum de Beneficio Competentiae dictum sit, plura, fatoe, de hoc præstantissimo præsidio inseri potuissent, verum hæc propter temporis penuriam sufficiant, & placeat Be-nevolo Lectori benignum Varronis Judicium, non omnes cepisse in magna silva ferai, nemini unquam fraudi fuit. Sicubi quoque circa has meorum studiorum primitias defecisse videbitnr conatus, quod agnosco; condonetur quæso: defectus enim inter-venire humana rebus humana fors est.

Tibi vero Aeternæ Deus, pro Praesidio tuo & omni tempore be-neficiis mihi præstitis sit Laus & gloria in Aeternum.

Ridentur, vanis curis qui tempora perdunt
Parrumque sumtus pessime pessundare
Gaudent: laudantur contrâ, qui rebus honestis
Student & otia literis tribuunt bonis.
Hos inter gnava video Te, suavis Amice!
Grator Tibi! Non frustrâ erit Tuus hic labor.
*Christoph. Philip. Richter / D. Com. P. C.
Collegii Jurid. Ordin., Decanus, & P. P.*

Dum, ceu Jura homini succurrant ære gravato
Proponis, Thémidos debita dona feres.

*Im. Nobil. Dr. Santen, Amice honomnde, de egregitis
tuis in Jure profectibus benè ominatur*

**Johannes Christophorus Falchner /
J. U. D. & P. P.**

F 3

PRAE.

PRÆEXIMIO
DN. JOANNI à Santen/
sacræ Themidos cultori strenuo publicam adscen-
denti cathedram EUGE BONUM FACTUM!
adclamat

GUERNERUS ROLFINCUS,
PHIL. ET MED. D. PRACT. ET CHIM. P.P.
ACADEMIA SENIOR.

Justitia utilibus rectum præpo-
nere suadet,
communesque sequi leges, inju-
itaque nunquam
largiri sociis. Themidos clarissi-
me sacræ (mina juris
cultor sedule, dum sanguosa volu-
atque animas legum momenta-
que singula nosse
unica cura tibi, magnum & vene-
rabile numen,
justitiæ colis. Hoc stadium decur-
rere perge
obvia sic Clario te cinget adorea-
ferto.

Dum

Dum tractas vitas poscendi Jura, labori
Competat inde tuo gloria summa, precor!
Hucce Nobil. Dn. Job. von Santen/LL. Cultor. solertissimi,
Fautoris sui certissimi, laudatisimis in Studiis pro-
gressibus omnia fausta, ut summos brevi assequantur
Honores, in signum infuscata Amicitia adprecatur
Heinricus Lintz/ J. U. D.

Jova Triune juvia!

I. Johannes:

Nomina sæpe solent esse omnia: nomina fausta
Omina fausta parant. utraque fausta placent;
Est geminum nomen tibi, dilectissime Fautor,
Joban. von Santen/ dictus ubique venis.
Ebraeum nomen primum ortu, ortuque secundum
Germanum est, omen conjicio inde bonum.
Hulbreich vel Gnadrreich Germanis dictus, Ebreis
Johannes: plenum gratia utrumque notat.
Gratia te linguae: morum te gratia laudat:
Gratia te sophies, te Themidisque canit:
Inprimis veri decorat te gratia Iove.
Jobannes ideò nomine reque clues.
Gratulor ergo tibi nomen Jobannis & omen,
Donaque, quæ Jova Gratia dia dedit.

II. von Santen:

Von Santen nobis Germanis dicuntur ille
Vitreæ cù certum nomen arena dedit.
Nomen arena dedit non Paucis urbibus olim,
Quas inter primas nunc Gravesanda tenet.
A Comite hæc nomen bibulaque accepit arena:
Namque olim Comitis Regia & Aula fuit;
Fortè Tui quondam Majores in Gravesanda.
Auspicio Iove, testa habuere sua.
Inde suas aliò res traduxere, novumque
Cognomen soboli tunc peperere sua.
Transcat hinc procul bac conjectura: propinquat
Omen namque aliud, quod memorare placet.

Est

Est tenuis Sudæ Romanæ pulvæ, arena?
Est & arena, forum: pugnæ &, arena, locus.

III. Disputator.

Nunc in Salana Themidis descendere arenam,

Jurisconsulto præside, rite cupis,

Ac experiri, valeat quid ferre, recusat

Quid ferre ingenium judiciumque tuum,

Materias intersexcentas perplacet ista:

Quæ jus, quod curvis competit, omne probat.

Competit haud curvis: jus omne & Competit omni

Tempore non omnis Curia & omne Forum,

Hæc persona forum sibi felicit illud, & istud

Negligit: hūc etenim competit hocce forum,

Nunc in Salana, Iohan von Santi / arena

Propugna hanc factam voce stylisque Thesin;

Præside Falcknerō, Themidis Nemesisque Patrono,

Laureolam & palmam, non sine honore, feres.

Hos gratiæ adscribas profectus pectore love

Dottorique tuo quem colis & sequeris:

Dicitur Heinricus Linck ille, & nuper adeptus

Legitimè summum Jure in utroque gradum,

Anitida ductum nomen von Santi / arena.

Gratulor, atque precor tor bona dona tibi.

Non quot noster habet Sala: sed quot Lippia arenas:


Imò quot Rhenus Danubiusque. Vale,

Sic bene omnari & precari non ut volebat & debat: sed ut valebat & poterat

M. Adrianus Beitz Eccl. Jenens. Archidiac.

1. Schaut des Fleisches erste Frucht/
Schet emern Nahmen blühen/
So folgt Ruhm auf das bemühen
Wenn der Weisheit Gold man sucht.
2. Iwar es kostet Schweiß und Fleiß/
Man muss hindern Büchern schwitzen/
Will man beim Gelehrten sitzen
Und erzagen gleichen Preis.
Mit diesen sollte ihren hochwürdigsten Freund Glückwünschend beehren
Dessen bey Ihr, Exz. Hn. Prof. Belfords St. nachgel. Dr. Witt.
3. Die so Euch zur Welt gebracht/
Ist es so auch noch dem Leben
Durch durch Ihren trieb gegeben
Das/was einen Edel macht.
4. Fahrt denn/ ausf sohaner Wahs
Wer zuer/ former fort zu laufen/
Eist/ entgeht den schlechten Haufen/
Steigt und föriest Euch Himmel an.
- Samml. Tischgesellschaft.

FINIS.




ULB Halle
005 132 487

3



WONZ

Farbkarte #13



32
22
3

UM ACADEMICUM
de
EFICIO
PETENTIAE, 1668, 17
Quod
ADSISTENTE,
sue & Authoritate
um Ordinis in Illustri ad Sa-
m Academia,
PRÆSIDIO
VIRI
ni, Consultissimi atq. Excellentissimi,
NNIS CHRISTO-
rgs/ JCti & Antecessoris
iliarii Saxonici Gravissimi, Curiæ
natus & Facultatis Juridicæ Asses-
oris meritissimi,
i ac Præceptoris sui omni ob-
antia prosequendi,
itorio JCtorum
Junii horis consuetis
Censuræ publicæ subjicit
NES von Santen/
vo - Veliensis,
AUTOR.

HERIANIS, ANNO CLO DC LXVIII.